DE VERSUUM DOCHMIACORUM ORIGINE.

AD SUMMOS IN PHILOSOPHIA HONORES

AB AMPLISSIMO

PHILOSOPHORUM ORDINE

ACADEMIAE WILHELMAE ARGENTINENSIS

RITE IMPETRANDOS

SCRIPSIT

CAROLUS PICKEL
ISENACENSIS.

ARGENTORATI.
APUD CAROLUM I. TRUEBNER.
MDCCCLXXX.

Buchdruckerei von G. Otto in Darmstadt.

PARENTIBUS CARISSIMIS

S.

Buchdruckerei von G. Otto in Darmstadt.

PARENTIBUS CARISSIMIS

S.

LIBER I.

DE VERSIBUS SYNCOPATIS QUI DICUNTUR.

CAPUT I.

§ 1.

Disciplinae metricae qui hoc tempore operam dederunt, cum id praecipue ut adsequerentur sibi proposuissent, ut numerorum diversorum a poetis antiquis intra eandem stropham coniunctorum aequalitatem cognoscerent vel restituerent, nova et clarissima lux affulsit huic arti lege syncopae, quam e veterum rhythmicorum praeceptis de syllabis longis trisemis et tetrasemis primum a Rossbachio vel Westphalio[1] erutam hic ita statuit[2]: „Sowohl im Inlaute, wie im Auslaute der Reihe kommt es vor, dass die ἄρσις oder der leichte Tacttheil eines Einzelfusses nicht durch eine eigne Silbe dargestellt ist. Im Auslaut nennt man dies Catalexis, für den Inlaut haben wir hierfür das der Grammatik entlehnte Wort Synkope übertragen. Der Zeitumfang jenes Tacttheiles wird entweder durch eine Pause oder durch Dehnung der vorausgehenden θέσις-Silbe ausgedrückt, die in diesem Falle den Umfang eines ganzen Einzelfusses erhält. Und zwar kann die Pause nur da stattfinden, wo die θέσις-Silbe ein Wort-

[1] Griech. Rhythm. p. 150 et 151. Metr. ed. I. vol. III praef. p. XX—XXII.

[2] Fragm. u. Lehrsätze der griech. Rhythm. p. 262.

ende bildet (bei einer τομή oder im Versende); bei einer Wortbrechung tritt Dehnung ein."

Hac lege et vera versuum non paucorum ratio aperitur, et eicitur e doctrina metrica versus antispasticus qui dicebatur, et liberantur strophae iambicae farragine intermixtorum versuum iambico-trochaicorum, iambico-creticorum, aliorum, itemque trochaicae creticorum, paeonicorum, aliorum ita, ut plane adstipuler legis auctoribus, cum eam in legibus principalibus referant artis metricae atque sic praedicent[1]: „Sie ist der Ariadnefaden, der uns aus dem wüsten Labyrinthe der Antispasten, Jambo-cretici, Ischiorrhogici zum klaren Blicke in die lichtvolle Ordnung und Einheit der Strophe führt."

Nihilominus haud paucae supersunt strophae, ad quarum plenam numerorum continuitatem restituendam hac lege destituti esse sibi videbantur illi viri docti atque non posse non alteram legem statuere, quam dicunt legem epimixeos numerorum alloeometricorum.[2] At careri posse hac lege plurimis locis contenderim, dummodo illa rectius statuatur quam a legis auctoribus est factum. Qui mihi in eo errasse videntur, quod non satis respecto discrimine rhythmorum descendentium et adscendentium normam ab illo genere derivatam immutatam ad hoc quoque adhibuerunt. Praeterea versuum haud paucorum naturam cognovissent, si de altera syncopae ratione voluissent accuratius quaerere, qua arsis sublata vacuo tempore est compensata.

In editione vero altera libri de re metrica conscripti tantum abest Westphal, ut hoc addat eiusque quod antea neglexit generis rhythmici respectu habito legem de syncopa propositam moderetur, ut in hac re non tam veterum rhythmicorum quam metricorum praecepta esse premenda statuat, inprimis Hephaestionis. Qui cum versus syncopatos asynartetos appellet, hoc nomen esse recipiendum.

Quidquid de Hephaestionis in rebus metricis auctoritate iudicatur, versuum syncopatorum rationis ignarissimum eum

---

[1] Metr. l. l. p. XXII.

[2] Metr. l. l. p. XIX et XX.

fuisse affirmaverim. Quod cum appareat ex versuum illorum definitione (Heph. cap. XV): *Γίνεται δὲ καὶ ἀσυνάρτητα, ὁπόταν δύο κῶλα μὴ δυνάμενα ἀλλήλοις συναρτηθῆναι μηδὲ ἕνωσιν ἔχειν ἀντὶ ἑνὸς μόνου παραλαμβάνηται στίχου,* magis idem docet ratio, qua versus in cola dividit. Nam cum cola non finiat nisi ubi *τομή* est, fieri potest, ut eosdem versus, inter quos nullum discrimen intercedit, nisi quod diversis locis verba finiuntur, alios aliis colis esse compositos statuat. Luculentum exemplum est explicatio tetrametrorum trochaicorum syncopatorum horum a Sapphone compositorum:

ἔστι μοι καλὰ πάϊς χρυσέοισιν ἀνθέμοισιν
ἐμφερῆ ἔχοισα μορφάν, Κλεηῒς ἀγαπατά [1],

quorum priorem non male dicit constare *ἐκ τροχαϊκοῦ ἑφθημιμεροῦς* i. e. ex tetrapodia troch. catal. *ἔστι μοι καλὰ πάϊς* et ex dimetro acatalecto *χρυσέοισιν ἀνθέμοισιν,* alterum vero, quo *τομή* posteriore loco fit, ex dimetro troch. acat. *ἐμφερῆ ἔχοισα μορφάν* et ex iambico hephthemimere *Κλεηῒς ἀγαπατά,* quae explicatio quamquam ne Westphalio quidem probatur, nihilominus is in ceteris omnibus Hephaestionem auctorem sequitur.

§ 2.

Prius quam altera libri de re metrica conscripti editio a Westphalio publici iuris facta est, Fridericus Goldmann [2] (id quod ego quoque proprio Marte conieceram), quam legem statuerant viri docti, arsi aliqua sublata praecedentem thesin fieri trisemam, eam ad iambicos quoque versus pertinere negavit. Nimirum versuum trochaicorum quidem, quorum rhythmus sit descendens, arsin suppressam ait Goldmann esse compensandam productione theseos praecedentis, quippe quae sit thesis eiusdem pedis, qui arsi careat. Idem vero si statuatur de versibus iambicis, rationem haberi neque rhythmi adscendentis, quo hi versus insignes sint, neque pedis, qui arsi

---

[1] *Κλεηῒς* restituit Ahrens pro *Κλεῒς* codd.
[2] De dochmiorum usu Sophocleo, Halis 1867, p. 67–69.

careat, cum compensetur arsis thesi praecedentis pedis prolongata, qui una mora hoc modo augeatur, qua mora pes sequens careat. Exempli gratia ex versu trochaico — ᴗ | — ᴗ | — ᴗ sublata arsi secunda proficisci — ᴗ | —˩ | — ᴗ, cum suppressa arsis intra eundem pedem compensetur; contra in iambico ᴗ — | ᴗ — | ᴗ —, si secunda arsi syncopata una mora addatur thesi praecedenti (ᴗ —˩ | — | ᴗ —), secundo membro adimi unam moram et iniusto modo integro membro primo insuper addi, ut iam versus non ex tribus pedibus paribus, ternarum scilicet morarum, constare videatur, sed ex pede quattuor et pede duarum et pede trium morarum. Quos pedes diversos si in eodem colo miscuerint poëtae, magnam inde numerorum exoriri inaequalitatem ab arte rhythmica alienam.

Itaque adscendentem versuum iambicorum rhythmum flagitare, ut arsi aliqua sublata non prior sed posterior thesis producatur. Sic compensari intra eundem pedem arsin syncopatam, cum thesis eiusdem pedis trisema fiat, sic et summam aequabilitatem restitui et omnes pedes esse pares, ternarum scilicet morarum, cum eodem modo atque in versibus trochaicis thesis trisema per se pedem efficiat: ᴗ — | ˻— | ᴗ —.

Haec fere Goldmann.

Qui haud scio an aptius quam tripodias prolaturus fuerit dimetros aut trimetros aut tetrametros, ut ostenderet in his dipodiarum aequalitatem restitui, quoniam constat versus et trochaicos et iambicos longiores plerosque in dipodias, non in singulos pedes esse secernendos, et quoniam multo frequentius occurrit id genus versuum syncopatorum iambicorum, quo arsis dipodiam incipiens id est arsis impari loco posita, quam id quo arsis loco pari collocata tollitur, ut in usitatissimo dimetro: ᴗ — ᴗ — | — ᴗ —. Quem Westphal veteres non potuisse non ita secernere in duas partes contendit, ut prior sive thesis sit septem morarum id est πούς ἑπτάσημος ἐν λόγῳ ἐπιτρίτῳ ᴗ — ᴗ —˩, posterior sive arsis quinque morarum id est πούς πεντάσημος παιωνικός — ᴗ —,[1] cum nostra legis mode-

[1] Metr. ed. I vol. III p. 139. System der antiken Rhythmik p. 67.

ratione accepta duae illae dipodiae inter se pares sint, senarum scilicet morarum: ⏑–⏑– ⏗⏑–. (6, 6)

His rationibus commoti conicimus legem syncopae sic esse statuendam:

Arsis per syncopam sublata potest compensari productione theseos eiusdem pedis, in versibus trochaicis praecedentis, in iambicis sequentis.

§ 3.

Hanc legis syncopae conformationem ex libello Goldmanniano cognitam in editione altera Westphal improbat tribus prolatis causis,[1] quarum primam et tertiam hic examinare liceat; de altera quid sit iudicandum, infra ex paragrapho 7 apparebit.

Primam profert causam analogiam, quae inter versus iambicos syncopatos vel. ut aptius dicatur, asynartetos intercedat et trochaicos. Et holocleros et syncopatos versus iambicos nihil esse nisi trochaicos anacrusi auctos. Eandem igitur rationem, quae sit inter versum holoclerum trochaicum et iambicum (–́ ⏑ –́ ⏑ –́ ⏑ –́ et ⏓ –́ ⏑ –́ ⏑ –́ ⏑ –́) intercedere debere inter eosdem versus syncopatos (— ⏑ — — ⏑ — et ⏑ — ⏑ — — ⏑ —), qui ita sint describendi: — ⏑ ⏗ — ⏑ — et ⏑ — ⏑ ⏗ — ⏑ —.

Quod cum statueret. neglexit rationem, quam ipse olim amplexus erat in his disciplinis tractandis et omnibus sequendam proposuerat, ut nihil certo posset statui nisi quod veteres rhythmici, praeter ceteros qui primum inter eos obtinet locum Aristoxenus, vel praecepissent vel quod diligenter excussis eorum testimoniis posset erui, omnes autem leges aut ex recenti arte musica iis obtrusae aut ad propriam et peculiarem sententiam fictae abicerentur.[2]

Sane ista numerorum iambicorum ratio accommodata est ad hodiernae artis musicae praecepta, in qua lex valet,

---

[1] Praef. p. X.

[2] Fragm. u. Lehrs. d. gr. Rhythm. p. 7 et 8.

DE VERSUUM DOCHMIACORUM ORIGINE.

AD SUMMOS IN PHILOSOPHIA HONORES

AB AMPLISSIMO

PHILOSOPHORUM ORDINE

ACADEMIAE WILHELMAE ARGENTINENSIS

RITE IMPETRANDOS

SCRIPSIT

CAROLUS PICKEL
ISENACENSIS.

ARGENTORATI.
APUD CAROLUM I. TRUEBNER.
MDCCCLXXX.

Buchdruckerei von G. Otto in Darmstadt.

PARENTIBUS CARISSIMIS

S.

ant. *τίσ οὖν τάδ᾽ὀυχάζετάι τε καὶ δέδοικε βροτῶν*
ἐμοῦ κλύων θεσμὸν τὸν μοιρόκραντον᾽ ἐκ θεῶν
δοθέντα τέλεον· ἔπι δέμοι γέρασ παλαιὸν οὐ [1]
δὰτιμίασκυρῶ κάι περ ὑποχθόνα
τάξιν ἔχουσα καὶ δυσήλιον κνέφασ·

Haec parodus, quam iambicam esse primo obtutu apparet, ut in cola distribuatur, quae utrum per se positos versiculos effecerint an in longiorum versuum corpora sint contrahenda nihil ad rem refert, constat ex

∪ — ∪ —	⊔ ∪ —	tetrapodia iamb. tertio pede syncopata
∪ — ∪ —	⊔ ∪ —	„ „ „ „ „
∪ — ∪ —	⊔ ⊔	„ „ tertio et quarto pede sync.
∪ — ∪ —	∪ — ∪ —	} tribus tetrapodiis iambicis non syncopatis
∪ — ∪ ∪͡∪	∪ ∪͡∪ ∪ —	}
∪ — ∪ —	∪ — ∪ —	}
∪ — ∪ — ∪ —		tripodia iambica.[2]

Sequitur versiculus, de quo quaestio est

str. *δυςοδοπαίπαλα* ∪ ∪͡∪ — ∪ —
ant. *καίπερ ὑπὸ χθόνα* — ∪͡∪ — ∪ —,

quem excipit hexapodia hac forma conspicua:

— ∪ ∪ — ∪ — ∪ — ∪ — ∪ —.

Versiculus ille viros doctos multifariam vexavit. Qui cum metrum explicare non possent, cum antistrophae verba nihil habeant in quo offendas, vocem *δυςοδοπαίπαλα* esse mutandam putaverunt. Atque Weilius quidem quattuor finxit verba: *δυςποδοπαίπαλα, δυςμολοπαίπαλα, δυςκολοπαίπαλα, δυςπορ-ροπαίπαλα,* e quibus postremum etiam Heimsoeth[3] proposuit, quorum primum obscurius, tertium ieiunius, quartum remotius esse ipse verborum compositor intellexit, proponens quod superest *δυςμολοπαίπαλα.* Alii editores velut Godofr. Hermann, Dindorf, Ahrens, Franz, Bothe, Paley lectionem traditam servaverunt, fortasse dubii, quomodo illam vocem mutarent.

Concedendum est vocem illam offensione non carere; sed non tam eius metrum mihi difficultatem videtur praebere quam ipsius verbi compositio. Nam cum *παίπαλος* significet

[1] Exciderunt syllaba brevis et longa.

[2] In stropha pro *λαμπαι* cum Dindorfio *λάπα* scribendum esse puto.

[3] Die Wiederherstellung der Dramen des Aeschylus p. 106.

praeruptus, aptum sensum habet adiectivum compositum *ὀδοπαίπαλος*, quod quomodo cum praefixo *δυς* et ipso difficultatem significante possit coniungi equidem non intellego. Idem cadit in voces a Weilio fictas.

Hartungius, quem solum hoc offendit, locum sanavisse sibi visus est scribendo *ἀνάλιοι λαμπάδων ὀδοπαίπαλα*, quam medelam et ideo repudiaverim, quod plena cum versu antistrophae responsio desideratur, et quod vocem illam traditam probabilius secernas in duas, in *δύςοδα* et *παίπαλα*. Quae coniectura mihi insuper commendari videtur verbis scholiastae clausulam sic explicantis: *δυςπαράβατα καὶ τραχέα ζῶσι καὶ τοῖς θνήσκουσι* (lege *τεθνηκόσιν*). Qui cum verba *δερκομένοισι* et *δυςομμάτοις* singulis verbis explicasset, eum duabus vocibus *δυςπαράβατα* et *τραχέα* duo verba interpretatum esse verisimile est.

Tripodiam igitur habes iambicam, in qua syncopae artificio arsis secunda est sublata, ita describendam ⏑ ⏑͡⏑ ⌞— ⏑ —, quae fortasse cum tripodia praecedente in hexapodiae corpus est coniungenda. Quod autem arsis prima in stropha est brevis, in antistropha producta, in versibus iambicis non potest offendere, quorum arsin primam ancipitem esse constat. Arsin vero brevem et longam sibi posse respondere, etiam si thesis eiusdem pedis sit soluta, illustretur hoc exemplo:

Eur. El. 1223:1229

str. *ματέρος ἔσω δέρας μεθείς.* — ⏑͡⏑ ⏑ — | ⏑ — ⏑ —
ant. *φονέας ἔτικτες ἀρά σοι.* ⏑ ⏑͡⏑ ⏑ — | ⏑ — ⏑ —.

Quamquam raro hanc responsionem poetas tragicos admisisse concedendum est. Et hanc ob causam et quod in iis versibus iambicis, qui ex dipodiis constant, arsin primam dipodiae poetae maluerunt syncopae lege tollere quam alteram, fit ut haec una tantum tripodia ad rationem nostram probandam possit proferri. Ad quam firmandam versus, in quibus arsi brevi respondet brevis, producta productae, ideo nihil valent, quod hi versus alio modo possunt explicari. Exempli gratia tetrapodia haec ⏑⏑⏑ — ⏑ — —, quae saepius in strophis iambicis invenitur, velut Eur. Troad. 581 : 586

str. *τέκεα. πρίν ποτ' ἦμεν.*
ant. *πόλεος. ἃ καπνοῦται.*

pro tetrapodia trochaica catalectica et potest haberi et a viris doctis habetur sic describenda: ⏖ ⏑̄ — ⏑ | ⊔ —, quae lege epimixeos numerorum alloeometricorum immixta sit strophae iambicae. Quem versum revera esse tetrapodiam iambicam, in qua arsis secunda et quarta sit syncopata (⏑⏖ ⊔ | ⏑ — ⊔), ego ideo persuasum habeo, quod ceteri versus strophae omnes sunt iambici.

De versibus vero a syllaba longa incipientibus huius generis, quos tragici, inprimis Aeschylus, clausulas saepissime esse voluerunt stropharum iambicarum, ipse ambigo, utrum in omnibus diiambi primi munere choriambus fungatur, cum haec mutatio etiam in versibus non syncopatis haud raro legatur, an nonnulli versus iambici arseos secundae syncopa insignes sic sint describendi:[1]

— ⏖ ⊔ | ⏑ — ⊔, velut Aesch. Choeph. 460 : 465
str. ξὺν δὲ γενοῦ πρὸς ἐχθρούς. ant. εὐχομένοις δ'ἂν ἔλθοι.

— ⏖ ⊔ | ⊔ ⏑ — | ⏑ — ⊔
velut Aesch. Pers. 1007 : 1013 str. ζαπρέπον, οἷον δέδορκεν Ἄτα.
ant. δυςπόλεμον δὴ γένος τὸ Περσᾶν.

§ 5.

Describemus igitur tetrapodiam eam, quam praeter ceteras frequentaverunt poetae scaenici, cuius tertia arsis per syncopam est sublata, velut Aesch. Ag. 414 : 431
str. πόθῳ δ'ὑπερποντίας. ant. δόμων ἑκάστου πρέπει.

[1] Hanc explicandi rationem non omnino esse reiciendam eo mihi videtur apparere, quod non raro hi versus leguntur in strophis, quae solis versibus syncopatis constant, deinde eo quod etiam hanc dipodiam iambicam adhibuerunt poetae, ex qua illum diiambum syncopatum ortum esse contendimus, — ⏖́ ⏑ —, velut primam dipodiam dimetri — ⏖ ⏑ — | ⏑ — ⏑ — Eur. Med. 1255 : 1265
str. πᾶς γὰρ ἀπὸ χρυσέας γονᾶς. ant. δειλαία, τί σοι φρενῶν βαρύς,
trimetri — ⏖ ⏑ — | ⏑ — ⏑ — | ⏑ — ⏑ — Aesch. Suppl. 597
οὔτινος ἄνωθεν ἡμένου σέβει κάτω.
— ⏖ ⏑ — | ⏑ ⏖ ⏑ ⏖ | ⏑ ⏖ ⏑ — Aesch. Ag. 769 : 779
str. δαίμονά τε τὰν ἄμαχον, ἀπόλεμον, ἀνίερον.
ant. ὄμμασι λιποῦσ' ὅσια προσέβαλε, δύναμιν οὐ.
— ⏖ ⏑ ⏖ | ⏑ — ⏑ — | ⏑ ⏖ ⏑ — Eur. Iph. Aul. 1487
ὦ πότνια πότνια μᾶτερ, ὡς δάκρυά γέ σοι.

Choeph. 436 et 437: 441 et 442

ἕκατι μὲν δαιμόνων ant. μόρον κτίσαι μωμένα
ἕκατι δ'ἁμᾶν χερῶν ἄφερτον αἰῶνι σῷ.

hoc modo:

ῡ — ᴗ — | └— ᴗ —.

Constat versus ex duobus diiambis, altero holoclero, altero primo pede syncopato sive cretico qui dicitur. Nam creticus is quidem, qui aut versibus aut strophis iambicis immixtus legitur, mihi nihil aliud videtur esse quam diiambus, cuius prima arsis per syncopam est sublata et theseos primae productione compensata.[1] Differt autem creticus hic ab illo, qui versibus trochaicis occurrit coniunctus, eo quod in hoc secunda longa est trisema, cum sit ditrochaeus, cuius secunda arsis est syncopata, ita describendus:

— ᴗ —┘ (ortus ex — ᴗ — ᴗ);

in illo contra, ut iam diximus, prima longa est trisema

└— ᴗ — (ortus est ex ᴗ — ᴗ —).

Diiambus, cuius arsis altera per syncopam est sublata, est is pes, qui bacchius appellari solet

ᴗ — └— (ortus ex ᴗ — ᴗ —).

Ut creticus ita etiam hic pes saepissime vice fungitur diiambi in versibus iambicis, primi potissimum in iis versibus, in quibus diiambi secundi loco creticus legitur (ᴗ — — — ᴗ —).

Versus vero usitatissimi, in quibus creticus aut bacchius diiambi vice funguntur, sunt hi:

Dimetri.

a) Is dimeter, quem supra descripsimus, constans e diiambo puro et cretico. Huius versus exempla congessit Westphal. Metr. III[1] p. 216.

b) Dimeter constans ex diiambo puro et bacchio, sive dimeter catalecticus (ῡ — ᴗ — | ᴗ — └—), velut

Aesch. Pers. 1070 et 1071 ἰωὰ δὴ κατ' ἄστυ
ἰωὰ δῆτα, ναὶ ναί.

cfr. Westphal, Metr. l. l. p. 214.

---

[1] De compensatione arseos suppressae ante thesin solutam cf. § 7.

c) Dimeter constans ex bacchio et diiambo puro (⏑ — ⏗ | ⏑ — ⏑ —), velut
Aesch. Sept. 767 : 774 *βαρεῖαι καταλλαγαί.* ant. *θεοὶ καὶ ξυνέστιοι.*
cfr. Westph. l. l. p. 223.

d) Dimeter constans ex duobus bacchiis: (⏑ — ⏗ | ⏑ — ⏗), velut
Aesch. Choeph. 390 : 415 *ποτᾶται, πάροιθεν.*
ant. *ὅταν δ᾽ αὖτ᾽ ἐπαλκές.*
cfr. Westphal l. l. p. 223.

e) Dimeter constans ex bacchio et cretico (⏑ — ⏗ | ⏗ ⏑ —), velut
Aesch. Ag. 375 : 393
ἀτολμήτων Ἄρη. ant. *δικαιωθεὶς, ἐπεί.*
Exempla vide apud Westph. l. l. p. 220.

f) Dimeter constans ex cretico et diiambo puro (⏗ ⏑ — ⏑̄ — ⏑ —), velut
Aesch. Sept. 896 : 907 *σώμασιν πεπλαγμένους.*
ant. *κτήμαθ᾽, ὥστ᾽ ἴσον λαχεῖν.*
Choeph. 31 : 41 *ξυμφοραῖς πεπληγμένων.*
ant. *τοῖς κτανοῦσί τ᾽ ἐγκοτεῖν.*
Eur. Alc. 214 : 228 *ἁ πάρεστι κοιράνοις.*
ant. *(ἔπρα)ξας δάμαρτος σᾶς στερείς.*

Videmus alteri versuum generi lucem afferri, versibus a syllaba longa incipientibus, qui leguntur strophis iambicis immixti: qui quidem vulgo versus trochaici habentur lege epimixeos numerorum alloeometricorum illis strophis inserti. Neque vero opus est hanc legem statuere; immo iambici sunt illi versus, in quibus creticus diiambi primi vice fungitur, qui quominus hoc loco fungatur, quid prohibeat, cum de loco secundo et tertio hoc a viris doctis concedatur, equidem non intellego.

Addo cum hac explicandi ratione apprime convenire, quod veteres numeros trochaicos, cum iambicis eos opponerent, *μέτρα ἀκέφαλα* appellabant.[1]

---

[1] Cfr. Christ, Metr.² p. 115 et 275; Die rhythmische Continuität der griechischen Chorgesänge p. 16.

g) Dimeter constans ex duobus creticis frequentissimus in Aeschyli fabulis (⊔ ⏑ — ¦ ⊔ ⏑ —), velut
Aesch. Pers. 126 : 133 πᾶς γὰρ ἱππηλάτας.
ant. λέκτρα δ'ἀνδρῶν πόθῳ.
cfr. Westphal l. l. p. 159.

Eodem modo atque dimetri sunt trimetri et tetrametri compositi, quorum versuum exempla hic proferri non opus est, cum numerus satis magnus a Westphalio sit congestus. Sufficiat nonnullos versus a cretico incipientes exscribere:

⊔ ⏑́ — | ⏑ — ⏑ — | ⏑ — ⏑ —
Eur. El. 1194 τίς ξένος, τίς εὐσεβὴς ἐμὸν κάρα.

⊔ ⏑ — | ⊔ ⏑ — | ⏑ — ⏑ —
Aesch. Ag. 438 : 457 καὶ ταλαντοῦχος ἐν μάχῃ δορός.
ant. δημοκράντου δ'ἀρᾶς τίνει χρέος.

⊔ ⏑⏑ | ⏑⏑ ⏑ — | ⏑ — ⏑ —
Soph. Ant. 360 : 370 παντοπόρος ἄπορος ἐπ'οὐδὲν ἔρχεται.
ant. ὑψίπολις ἄπολις ὅτῳ τὸ μὴ καλόν.

⊔ ⏑ — | ⏑ — ⏑ — | ⏑̄ ⏑⏑ ⏑ — | ⏑ — ⏑ —
Aesch. Sept. 832 : 840 ὦ μέλαινα καὶ τελεία γένεος Οἰδίπου τ'ἀρά.
ant. ἐξέπραξεν, οὐδ'ἀπεῖπε πατρόθεν εὐκταία φάτις.

⊔ ⏑ — | ⏑ — ⏑ — | ⊔ ⏑ — | ⏑ — ⏑ —
Aesch. Suppl. 796 : 806 γυπιὰς πέτρα, βαθὺ πτῶμα μαρτυροῦσά μοι.
ant. ἐλθέτω μόρος, πρὸ κοίτας γαμηλίου τυχών.

CAPUT II.

§ 6.

Absoluto eo syncopae genere, quo arsis suppressa thesi per τονῆς artificium amplificata compensatur, iam transeamus ad alterum, quo rhythmus vacuo tempore servatur.

Cuius generis et qui syncopae legem primi statuerunt et qui post eos de versibus syncopatis disseruerunt, etsi men-

tionem fecerunt,[1] tamen quibus locis hoc adhibitum sit, quaerere omiserunt, non neglegenter, sed consulto atque sine dubio ideo, quod posse discerni negabant, ubi thesis *τρίσημος,* ubi pausa esset statuenda, unus Bellermann, quod, si posset discerni, 'non iuvaret.'

Ac profecto prima quidem specie hac in re omnibus indiciis videmur esse destituti. Nam quae norma est statuenda, pausam nisi post verbi finem fieri non posse, eam inversam nihil valere re ipsa apparet, cum non sit cur caesura obstet, quominus syllaba sequens producatur. Tamen si non certum, at certe verisimillimum esset pausam esse statuendam, si aut strophae occurrerent aut versuum genera, in quibus certis aut omnibus ubi syncopa fit locis *διαίρεσις* esset observata. Cuiusmodi cum in poesi Graecorum neque strophae neque in eo quidem de quo solo agimus genere, in genere diplasio versus occurrant,[2] poeta Latinus versibus usus est, in quibus constanter eo loco, quo arsis est sublata, caesura fit.

Plautus enim genere versuum syncopatorum, quod unum composuit, ita usus est, ut eo loco, quo arsis excidit, vocem terminaret.[3] Sunt hi versus dimetri iambici catalectici cum syncopa arseos tertiae (⏑/⏖ ⏖ ⏑ — | ⏖ ⏑̲), qui aut peculiarem versiculum efficiunt, velut Stich. 6 c

Neque íd magís | fácimus,

aut copulati occurrunt cum dimetris iamb. acatalectis

(⏑/⏖ ⏖ ⏑/⏖ ⏖ ⏑/⏖ ⏖ ⏑ (⏑) | ⏑/⏖ ⏖ ⏑ — | ⏖ ⏑̲)

velut Stich. 3

De nóstris fáctis nóscimús, quarúm viri hínc | ápsunt,

---

[1] Rossbach, Griech. Rhythm. p. 150; Rossbach u. Westphal, Griech. Metr.[1] praef. XX; Westphal, Fragm. d. griech. Rhythm. p. 262; L. Bellermann, de metris Sophocleis veterum rhythmicorum doctrina explicandis p. 17; Goldmann, l. l. p. 69; Christ, Metr.[2] p. 94.

[2] In genere dactylico exstare versum, in quo constanter caesura observatur eo loco, quo arsis est suppressa, constat, *ἐλεγεῖον* scilicet sive pentametrum dactylicum.

[3] Cfr. Guil. Studemund, de canticis Plautinis p. 29—33. Idem in Festgruss der philol. Gesellsch. zu Würzburg (1868) p. 53—55.

Most. 1 *Serui qui quóm culpá carént* | *tamén malúm métuont,* aut denique cum aliis colis iambicis.

Maior numerus horum versuum cum quaternariis iambicis consociatorum occurrit intermixtus versibus qui dicuntur Reizianis (⏑ — ⏑ — ⏑ — ⏑ — | ⏑ — ⏑ — ⏑) Aul. III, 2.

Cum horum versuum compositorum, qui antea a plerisque versus Reiziani habebantur et adhuc a nonnullis viris doctis habentur,[1] tum breviorum, qui posteriorem partem illorum efficiunt, naturam atque indolem primus perspexit Guilelmus Studemund, qui de iis disseruit in libellis commemoratis.

Quod religiosa caesurae observatio indicare videtur, in his versibus vacuo tempore, non thesi producta voluisse compensare Plautum arsin suppressam, id confirmatur eo quod saepe soluta est thesis, ante quam excidit arsis, in duas breves, velut Aul. 24

Mearum aédium ét conclávium mihi pérviám | *fácitis?*
28 *Si ad iánuam húc accésserís, nisi iússeró,* | *própius.*

De qua solutione in § 7 accuratius agetur.

§ 7.

Sed ne in Graeca quidem poesi desunt versus, in quibus vacuo tempore, non thesi trisema voluisse poetas rhythmi legem restituere certis indiciis probatur: versus dico insignes soluta thesi eius pedis, cuius arsis per syncopae artificium est sublata, cum nemo nesciat thesin trisemam in duas breves solvi non posse.

Frequentiores ex hoc genere sunt ii versus, in quibus non thesis eius pedis, qui arsi caret, sola, sed cum thesi una aut compluribus aliorum pedum est soluta, velut dimeter constans ex diiambo non syncopato et cretico primis thesibus solutis insignibus (⏑ ⏖ ⏑ — | ∧ ⏖ ⏑ —) e. g. Eur. Suppl. 824

ἴδετε κακῶν πέλαγος, ὦ.

aut dimeter ille, qui vulgo pro trochaico habetur, etsi usitatissimus est in strophis iambicis, constans ex cretico, cuius

---

[1] Cfr. Christ, Metr.[2] p. 348.

theses sunt solutae, et ex diiambo puro (Λ ⏖ ∪ ⏖ | ∪ — ∪ —) e. g. Aesch. Choeph. 406 : 419 ἴδετε πολυκρατεῖς ἀραί.
ant. πάθομεν ἄχεα πρός γε τῶν.
Eur. Hel. 203 : 222 πόσις ὀλόμενος οἴχεται.
ant. διὰ δὲ πόλεας ἔρχεται.[1]
Etiam thesis tertia est soluta (Λ ⏖ ∪ ⏖ | ∪ ⏖ ∪ —) Aesch. Choeph. 25 : 35 ὄνυχος ἄλοκι νεοτόμῳ.
ant. μυχόθεν ἔλακε περὶ φόβῳ.
Eur. Hel. 202 : 221 ὁ δ' ἐμὸς ἐν ἁλὶ πολυπλανής.
ant. χθόνα δὲ πάτριον οὐχ ὁρᾷς.

Dimeter compositus creticis duobus, quorum prior thesi prima soluta est conspicuus (Λ ⏖ ∪ — | ∟ ∪ —), occurrit Soph. Oed. Col. 1678 : 1706 τί γάρ, ὅτῳ μήτ' Ἄρης.
ant. ἔθανε· κοίταν δ' ἔχει,
dimeter constans ex eodem cretico et diiambo puro (Λ ⏖ ∪ — | ∪ — ∪ —) Eur. Hel. 167 : 179 πτεροφόροι νεάνιδες.
ant. κυανοειδὲς ἀμφ' ὕδωρ.

E versibus longioribus legitur in Euripidis tragoediis tetrameter constans ex duobus diiambis et cretico, quorum theses sunt solutae, et diiambo holoclero (∪⏖ ∪⏖ | ∪⏖ ∪⏖ | Λ ⏖ ∪⏖ | ∪ — ∪ —) velut Phoen. 1030 : 1054
ἔφερες ἔφερες ἄχεα πατρίδι | φόνια· φόνιος ἐκ θεῶν.
ant. τέκεα μέλεος· ἀγάμεθ' ἀγάμεθ', | ὃς ἐπὶ θάνατον οἴχεται.

Porro tetrameter constans ex cretico thesibus solutis insigni, bacchio, cretico, diiambo (Λ ⏖ ∪⏖ | ∪ — ∟ | ∟ ∪ — | ∪ ⏕ ∪ —) Hel. 201 : 220
θάνατον ἔλαβεν αἰσχύ|νας ἐμᾶς ὑπ' ἀλγέων.
ant. δίδυμά τε Διὸς οὐκ εὐ|δαιμονεῖ τέκεα φίλα.

Cum tribus diiambis holocleris ad tetrametrum consociatus

---

[1] Possis priores horum versuum per se etiam ita describere: ∪ ⏖ Λ ⏖ | ∪ — ∪ —, ut constent ex bacchio solutis longis insigni et diiambo puro; sed nostra explicatio ideo praestare videtur, quod multo rariores supra vidimus esse eos dimetros, in quibus diiambum purum praecedit bacchius, quam eos, in quibus praecedit creticus. Versus ex Eur. Hel. exscriptos ne illo modo describas prohibet v. 203, in quo post syllabam tertiam non fit διαίρεσις.

est creticus, cuius thesis prima est soluta (⏑ — ⏑ — | ⏑ — ⏑ —| Λ ϖ̂ ⏑ — | ⏑ — ⏑ —) Eur. Phoen. 1748 et 1750

πρὸς ἥλικας φάνηθι σάς. | ἆλις ὀδυρμάτων ἐμῶν.
σὺ δ'ἀμφὶ βωμίους λιτάς. | χόρον ἔχουσ' ἐμῶν κακῶν,

cum duobus diiambis et cretico puro (⏑ — ⏑ — | ⏗ ⏑ — | Λ ϖ̂ ⏑ — | ⏑ — ⏑ —) Aesch. Suppl. 780 : 787

μέλας γενοίμαν καπνὸς | νέφεσι γειτονῶν Διός.
ant. *θέλοιμι δ'ἂν μορσίμου | προπρὸ τυχεῖν ἐν ἀρτάναις.*

Trimetrum creticum, in quo tertii cretici thesis prima est soluta (⏗ ⏑ — | ⏗ ⏑ — | Λ ϖ̂ ⏑ —), habes e. g. Aesch. Suppl. 423

μηδ' ἴδῃς μ'ἐξ ἑδρᾶν πολυθέων.

Coniectura nostra et in versibus, de quibus supra diximus, et in omnibus versibus iambicis, in quibus thesis quae sequitur arsin suppressam est soluta, voluisse poetas vacuo tempore rhythmi legem restituere, firmatur eo, quod ubique *διαίρεσις* occurrit eo loco, quo tempus vacuum nobis statuendum est. Nam tempus vacuum statui non posse nisi in confinio duorum vocabulorum vel post verbi compositi priorem partem inter omnes constat.

Cum non sit verisimile poetas dedita opera voluisse theseos solutione indicare se hanc syncopae rationem adhibuisse, eos etiam in aliis versibus iambicis syncopatis ea usos esse contenderim. Quibus vero locis hoc syncopae genus praetulerint tritiori, ideo non certo potest statui, quod nullae strophae occurrunt ex solis versibus huius generis constantes, sed intermixti leguntur hi versus iis, quibus altera syncopae ratione arsis suppressa est compensata, et quod etiam responsionem versuum diverso genere syncopae insignium admiserunt poetae. Hoc vero certo potest statui, hac ratione non usos esse poetas in iis versibus, in quibus theses, inter quas excidit arsis, intra eiusdem vocabuli corpus leguntur.

Reliquum est, ut descriptione strophae, in qua ita permixtos esse versus iambicos et trochaicos putant viri docti, ut non stropha iambica, sed iambico-trochaica sit nominanda, illustremus, quam simplex iam fiat harum stropharum explicatio, cum ab initio usque ad finem solis decurrant iambis,

Eur. Phoen. 1019—1042 : 1043—1066:

ἔβας ἔβας,
ὦ πτεροῦσσα, γᾶς λόχευμα νερτέρου τ' Ἐχίδνας,
Καδμείων ἁρπαγά, πολύφθορος, πολύστονος,
μιξοπάρθενον δάϊον τέρας,
φοιτάσι πτεροῖς χαλαῖσί τ' ὠμοσίτοις.
Διρκαίων ἅ ποτ' ἐκ τόπων νέους πεδαίρουσ'
ἄλυρον ἀμφὶ μοῦσαν
ὀλομέναν τ' Ἐρινὺν
ἔφερες ἔφερες ἄχεα πατρίδι φόνια· φόνιος ἐκ θεῶν,
ὃς τάδ' ἦν ὁ πράξας.
ἰάλεμοι δὲ ματέρων, ἰάλεμοι δὲ παρθένων
ἐστέναζον οἴκοις.
ἰήιον βοὰν [βοὰν], ἰήιον μέλος [μέλος]
ἄλλος ἄλλ' ἐπωτότυζε διαδοχαῖς ἀνὰ πτόλιν.
βροντᾷ δὲ στεναγμὸς
ἀχά τ' ἦν ὅμοιος,
ὁπότε πόλεος
ἀφανίσειεν ἁ πτεροῦσσα παρθένος τιν' ἀνδρῶν.

ant. *χρόνῳ δ' ἔβα*
Πυθίαις ἀποστολαῖσιν Οἰδίπους ὁ τλάμων
Θηβαίαν τάνδε γᾶν τότ' ἀσμένοις, πάλιν δ' ἄχη.
ματρὶ γὰρ γάμους δυσγάμους τάλας
καλλίνικος ὢν αἰνιγμάτων ξυνάπτει,
μιαίνει δὲ πτόλιν· δι' αἱμάτων δ' ἀμείβει
μυσαρὸν εἰς ἀγῶνα
καταβαλὼν ἀραῖσι
τέκεα μέλεος· ἀγάμεθ' ἀγάμεθ', ὃς ἐπὶ θάνατον οἴχεται
γᾶς ὑπὲρ πατρῴας,
Κρέοντι μὲν λιπὼν γόους, τὰ δ' ἑπτάπυργα κλῇθρα γᾶς
καλλίνικα θήσων.
γενοίμεθ' ὧδε ματέρες γενοίμεθ' εὔτεκνοι, φίλα
Παλλάς, ἃ δράκοντος αἷμα λιθόβολον κατειργάσω,
Καδμείαν μέριμναν
ὁρμήσασ' ἐπ' ἔργον,
ὅθεν ἐπέσυτο
τάνδε γαῖαν ἁρπαγαῖσι δαιμόνων τις ἄτα.

∪ — ∪ —́	Monometer iamb.
∧— ∪ —́ | ∪ — ∪ —́ | ∪ — ∪ —́ | ∪ — —́	Tetrameter „
— — —́ ∧— ∪ —́ | ∧— ∪ —́ | ∪ — ∪ —́ | ∪ ∪ —́	„ „
∧— ∪ —́ | ∪ — ∧—́ | ∪ — ∪ —́ aut ∧— ∪ — ∪ — | ∧— ∪ — ∪ —	Hexap. aut trimeter iambicus.
∧— ∪ —́ | ∪ — —́ | — ∪ —́ | ∪ — —́	Tetrameter iamb.
∪̄ — —́ | ∧— ∪ —́ | ∪ — ∪ —́ | ∪ — —́	„ „
∧ ϖ ∪ —́ | ∪ — ∪́	Dimeter „
∧ ϖ ∪ —́ | ∪ — ∪́	„ „
∧ ϖ ∪ ϖ́ | ∪ ϖ ∪ ϖ́ | ∪ ϖ ∪ ϖ́ | ∪ — ∪ —́	Tetrameter „
∧— ∪ —́ | ∪ — —́	Dimeter „
∪ — ∪ —́ | ∪ — ∪ —́ | ∪ — ∪ —́ | ∪ — ∪ —́	Tetrameter „
∧— ∪ —́ | ∪ — —́	Dimeter „
∪ — ∪ —́ | ∪ — ∪ —́ | ∪ — ∪ —́ | ∪ — ∪ —́	Tetrameter „
∧— ∪ —́ | ∪ — ∪ —́ | ∪ ϖ ∪ —́ | ∪ — ∪ —́	„ „
— — —́ | ∪ — —́	Dimeter „
— — —́ | ∪ — ∪́	„ „
∪ ϖ ∪̈ ϖ	Monometer „
∧ϖ ∪ —́ | ∪ — ∪ —́ | ∪ — ∪ —́ | ∪ — —́	Tetrameter „

LIBER SECUNDUS.

DE VERSIBUS DOCHMIACIS.

§ 8.

Si non absurda sunt, quae supra de versibus iambicis syncopatis disputavimus, versus dochmiacos, de quibus diversissimae sententiae magis minusve probabiles a viris doctis et prolatae sunt et adhuc proferuntur,[1] nihil impedit quominus referamus in versuum iambicorum numerum, quibus et formae similitudine et crebra coniunctione sunt propinqui, statuentes dochmios esse tripodias iambicas arsi secunda syncopata conspicuas $\left(\begin{smallmatrix} - & \smile\smile & \wedge\,\smile\smile & - & \smile\smile \\ \smile & - & \llcorner\!\!- & \smile & - \end{smallmatrix}\right)$.

Nam quae res viros doctos praeter ceteras quominus de hac explicandi ratione cogitarent, prohibuit, eosve qui de ea cogitaverunt, ut rursus eam abicerent movit, quod thesis prima, quam esse producendam ita ut trisema fieret putabant, sae-

---

[1] Veterum opiniones post Seidlerum, Rossbachium, Westphalium collegit Guil. Kuehne *de dochmio quid tradiderint veteres,* Halis Sax. 1863, recentiorum L. Bellermann *de metris Sophocleis veterum rhythmicorum doctrina explicandis,* Progr. des Berl. Gymn. zum grauen Kloster 1864 p. 22—29, Goldmann *de dochmiorum usu Sophocleo* p. 31—32, cum illorum tum recentissimorum Ed. Schultze *de dochmio,* diss. Jenensis 1877 p. 6—32. Cfr. praeterea M. Lortzing *de numero dochmiaco* Berol. 1863. C. Löschhorn *quaestiones metricae* Magdeb. 1873. A. Vogelmann *Ueber Taktgleichheit in der antiken Metrik mit besonderer Rücksicht auf den Dochmius.* Festschr. der Gymnasien Württemb. zur 4. Säcularfeier von Tübingen, p. 39—51.

pissime occurrit soluta,[1] ea nostrae rationi non obstat, cum praesertim etiam in versibus iambicis haud raro viderimus occurrere thesin, post quam arsis excidit (cfr. p. 15 et 16), solutam, inprimis thesin primam. Atque cum eo, quod ibi observavimus, Aeschylum frequentasse potissimum versus hos ab arsi producta incipientes, apprime convenit Aeschyli usus versuum dochmiacorum arsi prima producta insignium, cum e 340 dochmiis Aeschyleis, qui prima thesi soluta sunt conspicui, 140 hanc exhibeant formam — ◡◡ — ῡ ◡◡̲, velut Sept. 130 *ῥυσίπολις γενοῦ | Παλλὰς, ὅ θ' ἵππιος | ποντομέδων ἄναξ.* Suppl. 402 *ἀμφοτέροις ὁμαί|μων τάδ' ἐπισκοπεῖ.* Ag. 1090 *μισόθεον μὲν οὖν | πολλὰ συνίστορα.* Choeph. 942 *δεσποσύνων δόμων.* Eum. 845 : 879 *Νύξ· ἀπὸ γάρ με τι|μᾶν δαναιᾶν θεῶν* (cfr. tab. II, 7 et 9).[2]

Reliqui poetae scaenici ut rarius versibus iambicis ab arsi longa incipientibus utebantur, ita malebant a syllaba brevi dochmios incipere, praeter ceteros Euripides. qui ex 593 dochmiis thesi prima sola soluta conspicuis, qui aetatem tulerunt, 106 tantum arsin primam productam esse voluit. Ex 93 versibus Sophocleis, quorum prima thesis est soluta, 37 exhibent arsin praecedentem longam, ex 43 dochmiis Aristophaneis 15 (cfr. tab. II, 7 et 9).

Deinde quod in versibus iambicis supra (§ 7) observavimus poetas raro eam thesin, quae excipit arsin syncopatam, solam solvisse, saepius tum, si etiam ea thesis, quae praecedit, est soluta, idem etiam in versibus dochmiacis occurrit. Ex 1900 dochmiis, qui in fabulis poetarum scaenicorum graecorum, in quibus proprium atque praecipuum locum eos habere constat, leguntur (505 in Aeschyleis, 244 in Sophocleis, 1069 in

---

[1] Christ, Metr.[2] p. 433—437; Rossbach, Griech. Rhythm. p. 160. Metr.[2] p. 698.

[2] Hos versus non tripodias iambicas esse, quae diiambi primi loco choriambum praebeant, eo mihi probari videtur, quod nullum eorum exemplum occurrit in strophis, quae dochmiis carent forma holoclera insignibus. Omnino, si tripodiae iambicae in duas partes vel in thesin et arsin secernendae sunt, mihi videtur pes primus efficere arsin, pedes secundus et tertius thesin, ut in hoc versiculo iambico eadem ratio valeat atque in singulis iambis et in trimetris iambicis, ut arsis praecedens cum thesi sequenti hanc rationem efficiat 1 : 2.

Euripideis, 82 in Aristophaneis), cum 1069 dochmii exhibeant primam thesin solam solutam (340 Aeschylei, 93 Sophoclei, 593 Euripidei, 43 Aristophanei; cfr. tab. I, 10 vel II, 10), non plus 22 thesin secundam praebent solam solutam (8 Aeschylei, 4 Sophoclei, 10 Euripidei; cfr. tab. I, 20 vel II, 20 et § 16), 159 et primam et secundam (28 Aeschylei, 19 Sophoclei, 104 Euripidei, 8 Aristophanei; cfr. tab. I, 15 vel II, 15 et § 12—15).

Et in iis dochmiis, qui duabus thesibus solutis decurrunt, et in iis, in quibus thesis altera sola est soluta, si recta est opinio nostra dochmios esse versus iambicos syncopatos, arsis sublata non longa trisêma, sed vacuo tempore potest esse compensata, cum thesis eius pedis, cuius arsin per syncopae artificium esse sublatam censemus, in duas breves sit soluta. Oportet igitur in iis fiat caesura ante thesin alteram: id est in iis dochmiis, qui hac thesi sola soluta insignes sunt, post syllabam secundam (⏓ —, ⏕ ⏓ ⏖), in iis, qui utramque solutam exhibent, post syllabam tertiam (⏓ ⏕, ⏕ ⏓ ⏖).

Sed quomodo haec res sese habeat, priusquam quaeramus, omnino quid de caesuris in versibus dochmiacis sit statuendum, nobis exponendum est.

§ 9.

Atque exordiamur a dochmiis forma primitiva ⏓ — — ⏑ ⏖ insignibus perlustrandis, sive ut breviter dicamus, a classe I. Huius classis dochmii in fabulis poetarum scaenicorum superstitibus leguntur 650 (129 in Aeschyleis, 128 in Sophocleis, 362 in Euripideis, 31 in Aristophaneis; cfr. tab. I, 5 vel II, 5).

Atque ex 129 exemplis Aeschyleis non plus quam 6 carent caesura, i. e. incisione post primam aut secundam thesin intercedente (classis I d), e quibus unum nominis proprii licentia excusatur: Choeph. 953 b *ὁ Παρνάσιος,* unum uno verbo pentesyllabo constat: Suppl. 757 c *μεμαργωμένοι*, cetera singulis verbis tetrasyllabis et singulis monosyllabis vel syllaba ultima verbi praecedentis aut prima verbi sequentis (aut ⏓, — — ⏓ — aut ⏓ — — ⏓, —): Sept. 885 b *διήλλαχθε σὺν (σιδάρῳ ;),* 890 b *τε πλευρωμάτων,* Choeph. 941 b *(θεόθεν εὖ φραδαῖ)σιν ὡρμη-*

μένος, 968 a *καθαρμοῖσιν α(τᾶν ἐλατηρίοις).* 24 sunt incisi post utramque thesin (ῡ —, —, ῡ ⏑⏑, class. I c), velut Sept. 91 c *θεῶν ἢ θεᾶν,* 101 a *πέπλων καὶ στεφέων;* 33 post primam solam (ῡ —, — ⏑ ⏑⏑, class. I a), velut Prom. 588 a *κλύεις φθέγμα τᾶς (βούκερω παρθένου),* Sept. 122 b *γεννῦν ἱππιᾶν;* 66 post alteram solam (ῡ — —, ῡ ⏑⏑, class. I b), velut Prom. 689 a *μολεῖσθαι λόγους,* Sept. 79 a *καθεῖται στρατός.* Itaque caesuram post secundam thesin solam praebet plus quam dimidia, post primam solam plus quam quarta, post utramque fere quarta pars dochmiorum classis I. Atque haec non solum ratio dochmiorum Aeschyleorum in universum spectatorum, sed singularum fabularum fere est, excepta una Supplicibus, qua in tragoedia numerus dochmiorum classis I a (6) maior, classis I c idem est atque versuum classis I b (4). Singula ex tabula I, 1—5 apparent.

Ex 128 dochmiis Sophocleis classis I in I a sunt referendi 33, velut Ai. 356 a *γένος ναΐας,* Ant. 1318 a *ἐμᾶς ἁρμόσει,* in I b 53, velut Ai. 365 b *ἄτρεστον μάχαις,* Ant. 1287 a *προπέμψας ἄχη,* in I c 35, velut Ant. 1319 a *ἐγὼ γάρ σ', ἐγώ,* Oed. Col. 876 a *ὅσον λῆμ' ἔχων,* in I d 7, duo constantes verbo pentesyllabo, Ant. 1261 b *ἁμαρτήματα,* El. 1387 b *πανουργημάτων,* ceteri singulis verbis tetrasyllabis et singulis syllabis: Ai. 397 (ἕλε)*σθέ μ' οἰκήτορα,* Ant. 1265 b (*ὤμοι ἐμῶν ἄνολ*)*βα βουλευμάτων,* 1292 a *γυναικεῖον ἀμφ*(*ικνεῖσθαι* sqq.), Oed. rex 692 b *σε νοσφίζομαι* 1315 *δυσούριστον* [*ὄν*].[1] Etiam ex Sophoclis fabulis superstitibus in una Antigona maior numerus dochmiorum et classis I a et I c, quam I b occurrit, qua in fabula 15 versus classis I caesuram post primam thesin solam, 18 post primam et secundam, 12 post secundam solam exhibent. De ceteris vide tab. I, 1—5.

Eodem fere modo atque in fabulis Aeschyleis praevalet in Euripideis classis I b. Ex 362 dochmiis enim classis I in I b sunt enumerandi 169, velut Med. 1256 a *ἔβλαστεν, θεοῦ,* Hipp. 363 a *τυράννου πάθη,* in I a 80, velut Hipp. 831 b *τύχαν δαιμόνων,* Hec. 717 b *τεμὼν φασγάνῳ,* in I c 87, velut Med.

[1] *ὄν* addidit Hermann.

1276 *δοκεῖ μοι τέκνοις,* El. 1169 a *νέμει τοι δίκαν,* in I d 26. Ex his excusantur 6 nominis proprii licentia: Heracl. 86 b *Μυκηναῖος ὠ(νόμαζεν λεώς),* El. 1157 a *Κυκλώπειά τ' οὐ(ράνια τείχε'* sqq.), Phoen. 176 a *Σελαναία χρυ(σεόκυκλον φέγγος),* 187 b *Μυκήναισιν [εὔ(χεται]*[1] *Λερναίᾳ),* 188 b *'Αμυμωνίοις,* Ion 797 b *(αἰθέρα πόρσω γαί)ας Ἑλλανίας.* 3 constant ex singulis verbis pentesyllabis: Hipp. 370 *τελευτάσεται,* Ion 696 b *γεγωνήσομεν,* Bacch. 1199 c *κατειργασμένα.* Ex singulis verbis tetrasyllabis et singulis monosyllabis constant Hipp. 362 *ἀνήκουστα τᾶς,* El. 1150 a *ἰάκχησε δέ,* Or. 320 a *ἀβάκχευτον αἶ,* 1358 a *καθαιμακτὸν ἐν,* Hec. 1061 *ἐξαλλάξω τάς,* Or. 151 c *ὅδ' εὐνάζεται,* ex verbo tetrasyllabo et syllaba ultima verbi praecedentis (ῠ, — — ῡ —) Phoen. 335 b *(σὺν ἀλαλαῖσι δ' αἰ)ὲν αἰαγμάτων,* 1299 b *(αὐ)τίχ' αἱμάξετον,* ex verbo tetrasyllabo et syllaba prima verbi sequentis (ῡ — — ῡ, —) Hel. 677 b *ἐφαίδρυναν ἔν(θεν ἔμολεν κρίσις),* El. 595 a *κασίγνητον ἐμ(βατεῦσαι πόλιν),* Phoen. 325 a *δυσόρφναια δ' ἀμ(φιτρυχῆ τάδε),* Bacch. 984 a *δοκεύοντα, Μαι(νάσιν δ' ἀπύσει),* ex verbo trisyllabo et syllaba ultima verbi praecedentis et verbo monosyllabo (υ, — — υ, —): Herc. 1054 b *(οὐκ ἀτρεμαῖα θρῆ)νον αἰάξετ' ὦ,* Ion 724 b *(ἄλιας ἄλιας ὁ πά)ρος ἀρχαγὸς ὤν,* 1495 b *(γαμφηλαῖς φόνευ)μα θοίναμά τ' εἰς.* Ex verbo pentesyllabo denique et una syllaba brevi, cum ultima thesis sit soluta (υ — — υ υ, υ), constat Bacch. 980 a *ἀνοιστρήσατέ νιν,* ex verbo tetrasyllabo et duabus syllabis primis verbi sequentis (υ — — υ, υυ) Ion 767 a *διανταῖος ἔτυ(πεν ὀδύνα* sqq.).

Etiam ex Euripidis tragoediis in una tantum numerus dochmiorum classis I b inferior est numero classis I a eaque in fabula, in qua perpauci tantum dochmii forma primitiva insignes occurrunt, in Supplicibus, quae 3 dochmios classis I a, singulos classium I b et I c praebet. De ceteris cfr. tab. I, 1—5.

Aristophanes dochmios in quinque tantum comoediis adhibuit: in Acharnensibus, Nubibus, Avibus, Vespis, Pluto: atque dochmios classis I exhibent prima et tres posteriores

---

[1] *εὔχεται* addidit Matthiae.

31. Ex his in Ia sunt referendi 9, velut Ach. 566ab *ἰὼ Λάμαχ', ὦ | βλέπων ἀστραπάς,* in Ib 12, velut Av. 230b *ἀγροίκων γύας,* in Ic 6, velut Plut. 637ab *λέγεις μοι χαράν,* | *λέγεις μοι βοάν,* in Id 4, unus nomen proprium continens, Plut. 640b (*μέγα βροτοῖσι φέγ*)*γος Ἀσκληπιόν,* unus ex verbo pentesyllabo constans, Ach. 570b *βοηθησάτω,* duo ex verbo tetrasyllabo et monosyllabo: Ach. 491a *ἀναίσχυντος ὤν,* 567a *βοήθησον, ὦ.*

Ex 650 igitur dochmiis forma primitiva insignibus sunt referendi in Ia 155 sive pars fere quarta, in b 300 sive pars fere dimidia, in c 152 sive pars fere quarta, in d 43 sive pars fere decima tertia.

§ 10.

Eadem ratio, quam modo vidimus intercedere inter quattuor classes dochmiorum, qui formam primitivam exhibent, occurrit in iis, quorum thesis prima sola est soluta (⏑̄ ⏑⏑ — ⏑̄ ⏕); hanc classem II nuncupabimus. Ex 1069 dochmiis, qui ad hanc classem pertinent, 489 i. e. dimidia fere pars incisi sunt post secundam thesin solam (⏑̄ ⏑⏑ —, ⏑̄ ⏕, class. IIb): e 340 Aeschyleis 168, velut Sept. 83b *δέος· ὅπλων κτύπος,* Suppl. 687a *καρποτελῆ δέ τοι*; 41 Sophoclei ex 93, velut Ai. 880a *ἁλιαδᾶν ἔχων,* Oed. r. 1360b *ἀνοσίων δὲ παῖς*; 254 Euripidei ex 593, velut Med. 1283b *χέρα βαλεῖν τέκνοις,* Heracl. 92 *νεοτρεφεῖς*; *φράσον*; 26 Aristophanei ex 43, velut Ach. 361b *ὅ τι φρονεῖς ἔχει,* Av. 1262b *διογενεῖς θεούς.* 236 incisionem praebent post primam thesin solam (⏑̄ ⏑⏑, — ⏑̄ ⏕, IIa): 79 Aeschylei, velut Suppl. 348a *πρόφρονι καρδίᾳ*; 18 Sophoclei, velut El. 1234c *ἐμόλετ' ἀρτίως*; 136 Euripidei, velut Hel. 627a *ἔλαβον ἀσμένα,* Or. 159b *θεόθεν ἐργμάτων*; 3 Aristophanei, Av. 1188a *πόλεμος αἴρεται,* Ach. 389b, Vesp. 744b. Post utramque thesin (⏑̄ ⏑⏑, —, ⏑̄ ⏕, IIc) sunt incisi 237 : 60 Aeschylei, velut Sept. 95a *πότερα δῆτ' ἐγώ*; 24 Sophoclei, velut Ai. 888a *ἐμέ γε τὸν μακρῶν*; 146 Euripidei, velut Hipp. 574a *ἔνεπε τίς φοβεῖ*; 7 Aristophanei, velut Av. 1188b *πόλεμος οὐ φατός.* Caesura carent 107 : 33 Aeschylei, velut Ag. 1118a *κατολολυξάτω,* Suppl. 350a *λυκοδίωκτον ὡς*; 10 Sophoclei, velut

Oed. Col. 843 a πόλις ἐναίρεται, Ai. 935 b ἦμος ἀριστόχειρ; 57 Euripidei, velut Med. 1267 φόνος ἀμείβεται, Andr. 859 a τίνος ἀγαλμάτων; 7 Aristophanei, velut Vesp. 887 τῶν προλελεγμένων. Idem fere non solum in cuiusque poetae fabulis in universum spectatis occurrit, sed ne in una quidem fabula numerus dochmiorum classis II a maior est numero classis II b, in duabus classis II c superat II b iisque paucos versus dochmiacos hac forma insignes exhibentibus: in Soph. Antigona, qua in fabula 1 versus classis II a, 3 II b, 5 II c, 1 II d, et in Eur. Heraclidis, ubi nullus classis II a, 4 II b, 5 II c leguntur. De ceteris vide tab. I, 6—10.

Ex 1719 igitur dochmiis classium I et II incisi sunt:

a. post primam thesin solam 391 id est non quarta pars sive 22,8 %,

b. post secundam thesin solam 789 id est non dimidia pars sive 45,9 %,

c. post primam et secundam thesin 389 id est non quarta pars sive 22,5 %,

d. Caesura carent 150 id est non duodecima fere pars sive 8,7 %.

§ 11.

Itaque cum utriusque classis et per se et coniunctim spectatae eadem fere sit ratio, exspectamus etiam in duabus ceteris, id est in ea, cuius dochmii thesibus prima et secunda solutis decurrunt (III), et in ea, cuius dochmiorum thesis secunda sola est soluta (IV), eandem occurrere proportionem, ita ut ex 172 versibus, qui aut sunt traditi dochmii classis III aut virorum doctorum coniecturis sunt restituti, et ad III a et ad III c sint referendi fere 39, ad III b 77, ad III d 15.

Sed prorsus alia et huius et classis IV est ratio.

Caesuram enim post primam thesin solutam solam ex dochmiis utraque longa soluta conspicuis exhibent hi:

Aesch. Sept. 115 b Ἄρεος ὀρόμενον || 233 b νεμόμεθ' ἀδάματον || Suppl. 371 πρύτανις ἄκριτος ὢν || 681 a ἄχορον ἀκίθαριν || ant. 691 a πρόνομα δὲ βοτὰ τώς || Ag. 1165 b μινυρὰ θρεομένας || 1176 b γοερὰ θανατοφόρα || Soph. Ant. 1262 στερεὰ θανατόεντ' ||

1267 ἔθανες, ἀπελύθης || 1285 τί μ' ἄρα τί μ' ὀλέκεις || 1291 σφάγιον ἐπ' ὀλέθρῳ || Eur. Med. 1252b κατίδετ' ἴδετε τάν || ant. 1262b φίλιον ἔτεκες, ὦ || Hipp. 363b μέλεα θρεομένας[1] || 580a ἔνεπε δ' ἔνεπέ μοι || 848a ἔλιπες ἔλιπες, ὦ || Heracl. 95b πόλεος, ἔνεπέ μοι || 107a ἄθεον ἱκεσίαν || Androm. 854a ἔλιπες ἔλιπες, ὦ || Hec. 689a ἕτερα δ' ἀφ' ἑτέρων || Herc. 920b ἔσυτο θεόθεν ἐπὶ (cfr. tamen p. 39) || 1056a ἀπὸ δὲ πατέρα μέλα(θρά τε καταρρήξει) || Ion. 690a ἄτοπος ἄτοπα γάρ || 724a ἅλιας ἅλιας ὁ πά(ρος ἀρχαγὸς ὤν) || 764a ἔλαβον ἔπαθον ἄχος || 790a τὸ δ' ἐμὸν ἄτεκνον ἄτεκ(νον ἔλαβεν ἄρα βίοτον) || Troad. 245a τίν' ἄρα τίς ἔλαχε; τί(να πότμος εὐτυχής) || 265b πρόςπολον ἐτεκόμαν || 308a ἄνεχε, πάρεχε, φῶς || 310 λαμπάσι τόδ' ἱερόν || 1217a ἔθιγες ἔθιγες, ὦ || Hel. 635b ἔβαλον [ἔβαλον] ἁ(δονὰν ὡς λάβω[2]) || 655a ἐμὰ δὲ δάκρυα χαρ(μονᾶν πλέον ἔχει) || 670a ὁ Διὸς ὁ Διὸς ὦ || 685b πάθεα πάθεα μᾶ(τερ, οἳ 'γώ. τί φής;) || 687a δι' ἐμὲ κατεδήσατο || 690a ἄγαμος ἄτεκνος, ὦ || 694a ἐμὲ δὲ πατρίδος ἄπο | El. 585a ἔμολες, ἔμολες, ὦ || 1152a πατρίδα δεκέτεσι || ant. 1162a πόσις, ὅ τί ποτε τάν || 1164a δρύοχα νεμομένα || 1171a σχέτλια μὲν ἔπαθες, ἀ(νόσια δ' εἰργάσω) || Iph. Taur. 655b δίδυμα μέμονε φρήν || Or. 149ab κάταγε κάταγε, πρόςιθ' | ἀτρέμας ἀτρέμας ἴθι || 163ab ἄδικος ἄδικα τότ' ἄρ' | ἔλακεν ἔλακεν, ἀπό(φονον ὅτ' ἐπὶ τρίποδι) || 164a Θέμιδος ἄρ' ἐδίκασε || 175a πότνια πότνια νύξ || 195a ἔκανες ἔθανες, ὦ || 320b θίασον ἐλάχετ' ἐν || 330a ἔλακεν ἔλακε δε(ξάμενος ἀνὰ δάπεδον)[3] || 1307a δάκρυα δάκρυσι συνέ(πεσε σιδαρέοις) || 1361b νέμεσις ἐς Ἑλέναν || Phoen. 167c φυγάδα μέλεον. ὡς || 346 ματέρι μακαρίᾳ || 1287a ἔλεος ἔλεος ἐμο(λε ματέρος δειλαίας) || 1288a δίδυμα τέκεα πότε(ρος ἄρα πότερον αἱμάξει) || 1299a πέσεα πέσεα δά(ϊ' αὐτίχ' αἱμάξετον) || Bacch. 987b τίς ἄρα νιν ἔτεκεν || 1042a ἄδικος ἄδικά τ' ἐκ(πορίζων ἀνήρ) || 1181 μετ' ἐμὲ μετ' ἐμὲ τοῦδ' || 1199a μεγάλα μεγάλα καὶ || Arist. av. 234a ὅσα τ' ἐν ἄλοκι θαμά || 1265a μηδέ τιν' ἱερόθυτον.

---

[1] nisi, ut responsio cum dochmio antistrophico 670 ἔχομεν ἢ λόγους restituatur, praeferendum est μέλεα θρευμένας. [2] ubi alterum ἔβαλον Hermann addidit. [3] nisi cum Hartungo, quem secutus est Dindorf, restituendum videtur ἔλακε δεξάμενος ἱερὸν ἀνὰ δάπεδον, cum repetitio verbi ἔλακε inepta sit; cfr. commentar. Hartungi p. 192.

Addendi sunt tres dochmii, in quibus non post verbum absolutum integrumve, sed post verbi compositi partem priorem caesura fit:

Aesch. Suppl. 646 a *Δῖον ἐπ|ιδόμενοι* || Eur. Herc. 1020 a *τὰ δ' ὑπερ|έβαλε παρέ(δραμε τὰ τότε κακά)* || Or. 1305 a *τὰν λιπο|πάτορα λιπό(γαμόν θ', ἃ πλείστους ἔκανεν Ἑλλάνων).*

Complectitur igitur classis IIIa 8 dochmios Aeschyleos, 4 Sophocleos, 55 Euripideos, 2 Aristophaneos, omnino 69 = fere 39 %, id est numerum multo maiorem, quam quem exspectes.

Praeter hanc caesuram simul alteram incisionem post arsin secundam solutam exhibent hi versus:

Aesch. Sept. 78 b *φοβερὰ μεγάλ' ἄχη* || 80 a *ῥεῖ πολὺς ὅδε λεὼς* || 90 c *ὄρνυται ἐπὶ πόλιν* || Ag. 1101 *τί τόδε νέον ἄχος* || 1162 a *τί τόδε τορὸν ἄγαν* || Eum. 265 b *πέλανον· ἀπὸ δὲ σοῦ* || Soph. Ant. 1310 *δείλαιος ἐγώ, αἰαῖ* || ant. 1332 *ὕπατος· ἴτω ἴτω* || 1321 a *ἄγετέ μ' ὅτι τάχος* || Oed. rex 661 ab *Ἅλιον· ἐπεὶ ἄθεος | ἄφιλος ὅ τι πύματον* || ant. 690 b *ἄπορον ἐπὶ φρόνιμα* || 1330 ab *ὁ κακὰ κακὰ τελῶν | ἐμὰ τάδ' ἐμὰ πάθεα* || Eur. Hipp. 830 b *μέλεα τάδε πάθη* || Heracl. 75 b *ὁμαλὸν ἐπὶ πέδῳ* || 86 a *ὄνομα τί σε, γέρον* || Herc. 910 b *τίνα με τίνα βοάν* || 920 c *μέλαθρα κακὰ τάδε* (vide tamen p. 39) || 1020 b *(τὰ δ' ὑπερέβαλε παρέ)δραμε τὰ τότε κακά* || 1085 a *τάχα [δὲ]*[1] *φόνον ἕτερον* || Ion. 1455 a *τίν' ἀνὰ χέρα δόμους* || Troad. 287 a *φίλα τὰ πρότερ' ἄφιλα*[2] || 327 *ὡς ἐπὶ πατρὸς ἐμοῦ* || Hel. 685 a *τά τε [σὰ]*[3] *κατὰ μέλαθρα* || 695 ab *ἔβαλε θεὸς ἀπό τε | πόλεος ἀπό [τε]*[4] *σέθεν* || El. 592 *ἄνεχε χέρας, ἄνεχε* || 1151 b *σχέτλια, τί με, γύναι* || Iph. Taur. 829 b *(ἔχω σ', Ὀρέστα, τηλύγε)τον χθονὸς ἀπὸ πατρίδος* || 834 *τότ' ἔτι βρέφος ἔλιπον*[5] || Or. 163 c *(ἔλακεν ἔλακεν, ἀπό)φονον ὅτ' ἐπὶ τρίποδι* || 199 a *πατέρα τέκνα τε τάδε* || 330 b *(ἔλακεν*

---

[1] *δὲ* addidit Hermann. [2] Sic Seidler emendavit verba ita tradita: *ἄφιλα τὰ πρότερα φίλα.* [3] *σὰ* addidit Hermann. [4] *τε* inseruit Matthiae. [5] *τότ' ἔτι* Hartung scripsit pro *τὸ δέ τι.* Alio modo dochmium restituere studuerunt Hermann, qui scripsit *τότε σε, τότ' ἔτι βρέφος | ἔλιπον*, Koechly, quem secutus est Dindorf: *σέ, τὸν τότ' ἔτι βρέφος | ἔλιπον*, Bergk: *τὸν ἔτι βρέφος ἔλιπον*, quod Weil recepit.

ἔλαχε δε)ξάμενος ἀνὰ δάπεδον || Phoen. 296a πότνια, μόλε πρόδρομος || 1295a πότερον ἄρα νέκυν ὀ(λόμενον ἀχήσω) || 1300a τάλανες, ὅ τι ποτὲ μο(νομάχον ἐπὶ φρέν' ἠλθέτην) || Bacch. 986c δρόμον ἐς ὄρος ἐς ὄρος || 1008b ἐπὶ τὰ καλὰ βίον || Arist. Ach. 361a πάνυ γὰρ ἐμέ γε πόθος || av. 239 κλάδεσι νομὸν ἔχει || 631a ἣν σὺ παρ' ἐμὲ θέμενος.

Addendi sunt nonnulli versus, in quibus caesura aut prima aut secunda inter duas verbi compositi partes fit. Atque prima quidem caesura fit post verbi compositi partem priorem in his dochmiis: Aesch. Sept. 106b ἔπιδ' ἐπ|ιδε πόλιν || Suppl. 363a ἱερο|δόκα θεῶν || 681b δακρυο|γόνον Ἄρη || Soph. Oed. Col. 1464a κτύπος ἄ|φατος ὅδε δι(όβολος· ἐς δ' ἄκραν) || Eur. Herc. 887b γένος ἄ|γονον αὐτίκα || Troad. 325b [ἄναγ'][1] ἄν|αγε χορόν || Hel. 690c γάμον ἄ|γαμον ἐμόν[2] || Phoen. 1306a πότμος ἄ|ποτμος ὁ φόνος || 1350 ἄναγ' ἄν|αγε κωκυ (τὸν,[3] ἐπὶ κρᾶτα λευ|κοπήχεις κτύπους) || Bacch. 1021b (γελῶντι προςώ)πῳ περί|βαλε βρόχον.

Post syllabam tertiam finitur verbum, post quintam prior verbi compositi pars: Aesch. Sept. 85b ὕδατος ὀρο|τύπου || 902 κτέανά τ' ἐπι|γόνοις || Suppl. 349b φυγάδα περί|δρομον[4] || 382 φύλακα πολυ|πόνων || 634a μήποτε πυρί|φατον || Ag. 1121b ἔδραμε κροκο|βαφής || Soph. Ai. 357a ἅλιον[5] ὅς ἐπ|έβας || Ant. 1296b (τίς ἄρα, τίς με πότ)μος ἔτι περι|μένει || Oed. rex 690a ἴσθι δὲ παρα|φρόνιμον || Eur. Andr. 844a ἀπόδος ἀπό|δος, ὦ (φίλος, ἵν' ἀνταίαν)[6] || Phoen. 165a πρὸς ἐμὸν ὁμο|γενέτο(ρα περὶ δ' ὠλένας) || Ar. av. 1193 ἀέρα περι|νέφελον.

Continet igitur classis III c 15 dochmios Aeschyleos, 12 Sophocleos, 33 Euripideos, 4 Aristophaneos, omnino 64 = fere 38 %.

---

[1] ἄναγ' addidit Hermann. [2] ἐμόν scripsit L. Dindorf pro αἰσχύνα, quod e versu 687 videtur falso repetitum. [3] Ita Kirchhoff scripsit, cum codd. habeant: ἀνάγετ' ἀνάγετε κωκυτόν. [4] Fortasse recipiendum est, quod Heimsoeth, ut plenam cum dochmio antistrophico v. 361 μάθε γεραιόφρων responsionem recuperaret, proposuit (Die Wiederherst. d. Dramen d. Aesch. p. 287): φυγάδα πρόδρομος, coll. Sept. 80 πρόδρομος ἱππότας, 211, Soph. Ant. 108, Eur. Iph. Aul. 424. [5] Hermann ἅλιον restituit, cum traditum sit ἀλίαν. [6] Ita Bergk scripsit, cum codd. praebeant: ἀπόδος ὦ φίλος (PC, φίλ' ceteri) ἀπόδος ἵν' ἀνταίαν.

Ergo, ut in classibus I et II, ita etiam in III numerus dochmiorum post primam thesin solam et dochmiorum post primam et secundam thesin incisorum idem fere est. Efficiunt autem in hac classe dochmii generum a et c non, sicut in I pariterque in II fit, dimidiam non prorsus partem, sed fere $^4/_5$ vel 78 %. Ii vero versus, qui caesura carent, et versus post thesin secundam solam incisi, quorum numerus in classibus I et II par est dochmiis generum a + c, omnino 22 % tantum efficiunt; sunt enim 37 dochmii, 8 Aeschylei, 7 Sophoclei, 20 Euripidei, 2 Aristophanei.

Atque huius numeri exigui 37 plus quam dimidia pars (26) incisa est post syllabam quartam; quos dochmios si detraxeris de summa (37), 11 tantum supersunt dochmii classis III b.

Ex his 37 versiculis autem 8 non sunt traditi tanquam dochmii, sed coniecturis virorum doctorum textui illati, alii falsa distributione mihi videntur esse orti. Inter ceteros sunt, qui etiam aliis difficultatibus laborent et facili modo, plerique transpositione verbi, possint sanari. Paucos qui restant alio modo posse explicari infra docebitur.

§ 12.

In eorum versuum numero, qui invitis libris ab editoribus sunt corrupti, non infimo loco sunt ii, in quibus viri docti aut proprio Marte aut apographa secuti idem vocabulum repetiverunt, quod librarios metri ignaros aut neglegentes vel consulto vel temere semel posuisse arbitrantur.

1) Ex hac classe primus est enumerandus Aesch. Sept. 204 b, quem codex Mediceus talem fere exhibet:

(ὦ φίλον Οἰδίπου τέκος, ἔδεισ' ἀκού-
σασα τὸν ἁρματό)κτυπον ὄτοβον,

ubi ad supplendum versum dochmiacum editores altero *ὄτοβον* in fine ex apographis recentioribus addito hunc dochmium effecerunt:

(ἁρματό)κτυπον ὄτοβον ὄτοβον

post syllabam brevem quintam incisum.

At nescio an in vocabulo *ἁρματόκτυπον* lateant duo verba,

accusativus substantivi *κτύπος* et genetivus *ἁρμάτων* ab hoc pendens. Quae coniectura eo commendatur, quod etiam altero eiusdem fabulae loco verbum *κτύπος* cum genetivo in unius verbi corpus comprehensum exhibet codex, v. 83, ubi pro *ὅπλων κτύπος* legitur *οπλοκτύπος*.[1]

Ab *ὄτοβον* suspicor alterum genetivum pependisse, fortasse vocabuli *ὄχος* genetivum plur., ut haec fere fuerit lectio genuina versus:

(ἀκού|σασα τὸν ἁρμάτων) κτύπον ὄχων τ' ὄτοβον.

Sane vocabula *ἅρμα* et *ὄχος* non eandem prorsus habere vim neque tautologiam molestam inlatam a nobis esse docere mihi videntur nonnulli loci Euripidei, in quibus ita sunt coniuncta haec verba, ut genetivus *ἁρμάτων* pendeat ab *ὄχος* sive quod idem fere significat, *ὄχημα*:

Eur. Suppl. 662 *ἁρμάτων δ' ὀχήματα*

ἔνερθε σεμνῶν μνημάτων Ἀμφίονος. et Hipp. 1166 *οἰκεῖος αὐτὸν ὤλεσ' ἁρμάτων ὄχος.* Emphasis enim, per quam sunt qui pleonastice hoc esse dictum velint, omnino abhorret ab his locis, quorum priore nuntius exercitus aciem describit, altero nuntius Theseo interroganti, quo modo Hippolytus interierit, respondet. Hic locus fortasse indicat verbo *ὄχος* proprie non tam currum, quam equos raedae adiunctos significari. His enim, non currui mortem Hippolyti Euripidem in culpam convertere voluisse apparet et e nuntii narratione et ex his Hippolyti moribundi verbis (1240): *στῆτ', ὦ φάτναισι ταῖς ἐμαῖς τεθραμμέναι, μή μ' ἐξαλείψητ'.* Hanc fuisse propriam verbi *ὄχος* notionem confirmare videtur locus, quo *ἁρμάτων ὄχος* coniunctum legitur cum *ἐξελαύνειν*, quod sine dubio aptius de equis quam de curru dicitur, Eur. Phoen. 1190 *ἰδόντες ἐξήλαυνον ἁρμάτων ὄχους.* Quo sensu haud scio an poetae verbum non usurpaverint, nisi ubi cum genetivo

---

[1] Quod Dindorf in poet. scen. Graecorum editione notavit primam manum imposuisse verbo *ἁρματοκτυπον* accentum in paenultima syllaba, id falsum videtur esse, cum et in apographo a Merkelio confecto et in editionis Ritschelianae adnotatione critica vocabulum legatur proparoxytonon.

ἁρμάτων coniunxerunt; ubi solum posuerunt, significaverunt cum equis raedam, quae iis est iuncta.

Sententia igitur loci, de quo agitur, si quid video, haec est: „O fili Oedipi, timeo audito raedarum strepitu equorumque fremitu“, cum qua apprime versus sequentes congruunt:

ὅτε τε σύριγγες ἔκλαγξαν ἑλίτροχοι,
ἱππικῶν τ' ἄπνον πηδαλίων διὰ
στόμια πυριβρεμετᾶν χαλινῶν,

quorum primo depingitur raedarum crepitus, duobus posterioribus fremitus equorum.

Addo commendari coniecturam meam eo, quod fere nulla mutatione adhibita plena antistrophae responsio restituitur, quae cum versu strophae, sicut a plerisque editoribus scribitur, nisi gravioribus mutationibus effici non potest. Nam cum tres primi versus antistrophae fere sic traditi sint:

ἀλλ' ἐπὶ δαιμόνων πρόδρομος ἦλθον
ἀρχαῖα βρέτη πίσυνος θεοῖς
νιφάδος ὅτ' ὀλοᾶς
α
νειφομένης βρόμος ἐν πύλαις,

ad responsionem restituendam editores non solum verba πίσυνος et θεοῖς transposuerunt, qua transpositione omni modo opus est, sed praeterea verba νιφάδος et ὅτε, et inseruerunt ante ὀλοᾶς praepositionem ἀπὸ, quae aptius deest, ut ita scriberent:

ἀλλ' ἐπὶ δαιμόνων | πρόδρομος ἦλθον ἀρ-
χαῖα βρέτη, θεοῖς | πίσυνος, ὅτε νιφάδος
ἀπ' ὀλοᾶς νιφομέ|νας βρόμος ἐν πύλαις.

Versum vero strophae, qualem nos emendavimus, antistrophico parem efficimus praeter illam necessariam transpositionem sola formae θεοῖς in θεοῖσι mutatione adhibita, quam formam iam Seidler de vers. dochm. p. 56 proposuit, ut scribamus:

ἀλλ' ἐπὶ δαιμόνων | πρόδρομος ἦλθον ἀρ-
χαῖα βρέτη θεοῖ|σι πίσυνος νιφάδος
ὅτ' ὀλοᾶς νιφομέ|νας βρόμος ἐν πύλαις.

2) Secundus versus, in quo recentiores editores contra libros verbum geminaverunt, hic est:

Eur. Herc. 921 [*λέγε,*] *λέγε, τίνα τρόπον* | (*ἔσυτο θεόθεν ἐπὶ μέλαθρα κακὰ τάδε*
τλάμονές | *τε παίδων τύχαι;*),
ubi *λέγε* Dindorf ad explendum dochmium repetivit.

Sed possunt etiam alio modo versus in metrum dochmiacum redigi. Cum exploratum sit stropharum huius cantici lacera esse membra,[1] possis etiam putare plures syllabas ante *λέγε* intercidisse ita, ut prima huius vocis syllaba non sit theseos primae solutae brevis altera, sed arsis secunda versus dochmiaci. Fortasse exciderunt verba, quibus ut „celeriter, quam celerrime" enarret nuntius a choro monetur, quod idem exempli gratia fit Iph. Aul. 1539, ubi his verbis Clytaemnestra nuntium, ut celeriter narret, impellit: *μὴ μέλλε τοίνυν, ἀλλὰ φράζ' ὅσον τάχος.* Metro convenit *διὰ τάχους,* quod et Soph. Ai. 822 et Trach. 595 et aliis occurrit locis, vel *ὅτι τάχος,* quod Sophocles scripsit in stropha dochmiaca Ant. 1323 *ἄγετε μ' ὅτι τάχος, ἄγετε μ' ἐκποδών.* Praestare tamen mihi videtur repetitio imperativi *λέγε,* sed ita effecta, ut uno verbo, fortasse *τάχος,* alter ab altero separetur, ut ita locus sit scribendus et distinguendus:

λέγε [*τάχος, λέγε*], *τίνα τρόπον ἔσυτο θεό-*
θεν ἐπὶ μέλαθρα κακὰ | *τάδε τλάμονές*
τε παίδων τύχαι;

Non alienum videtur ab hoc loco pauca, quae de hac verborum repetitorum collocatione habeo, exponere.

Euripides, qui repetitionum rhetoricarum amantissimus est, cum plerumque simplicissimum genus adhiberet, quod fit per figuram geminationis verbi alterius post alterum,[2] multis aliis locis hanc figuram rhetoricam artificiosa verborum collocatione ita variavit, ut uno aut compluribus verbis interpositis verba repetita separaret.[3] E. g. unum verbum intercedit Alc. 252 *ὁρῶ δίκωπον ὁρῶ σκάφος,* Iph. Taur. 835 *ἔλιπον ἀγκάλαισι*

---

[1] cfr. Wilamowitz-Moellendorf, anal. Eur. p. 61. [2] velut Hipp. 848 et Andr. 854 *ἔλιπες ἔλιπες ὦ*, Ion 690 *ἄτοπος ἄτοπα γάρ,* 724 *ἄλιας ἄλιας ὁ πάρος.* [3] vid. Lud. de Sybel, de repetitionibus verborum in fabulis Euripideis p. 9.

νεαρὸν τροφοῦ νεαρὸν ἐν δόμοις; duo verba sunt interposita Suppl. 377 ἄμυνε ματρί, πόλις, ἄμυνε, Παλλάδος. Sive hac sive illa figura uteretur, observavi Euripidem in iis quidem canticis dochmiacis, in quibus dochmii thesibus solutis decurrentes praevalent, quae crebris verborum repetitionibus sunt nobilitata, hanc regulam esse secutum, ut verba in eodem versu dochmiaco geminata ita collocaret, ut prius initium faceret dochmii. Loci hi sunt: Hipp. 580 ἔνεπε δ'ἔνεπέ μοι, Hel. 635 ἔβαλον ἔβαλον ἀ|δονὰν sqq., Hipp. 848, Med. 1252 b, Andr. 844, 854, Hec. 689, Herc. 910, Ion. 690, 724, Troad. 325, 1217, Hel. 670, 685, El. 585, Or. 149ab, 163ab, 175, 195, 330, 1305, 1307, Phoen. 1287, 1299, 1306, 1350, Bacch. 1042, 1182, 1199 (cf. etiam Troad. 287 φίλα τὰ πρότερ' ἄφιλα | τιθέμενος πάντων).

Tribus dochmiis videtur Euripides neglexisse hanc regulam: Ion. 776, 790, Bacch. 986 c, e quibus priores etiam ideo offendunt, quod carent caesura post tertiam syllabam brevem.

3) Primum ex his locis, Eur. Ion. 776, qui in eodem genere dochmiorum est, unde progressi sumus, in quibus vocabulum ab editoribus repetitum est, facili modo utroque vitio licet liberare ita, ut vocem, quam esse repetendam probabile est, separemus uno verbo interposito alteram ab altera. Ubi cum codices exhibeant

(τόδ' ἐπὶ τῷδε κακὸν) ἄκρον ἔλακες (ἄχος ἐμοὶ στένειν),

non repetemus cum Seidlero, quem plerique editores sunt secuti, ἔλακες post alterum, sed ante ἄκρον hoc modo:

(τόδ' ἐπὶ τῷδε κακὸν) [ἔλακες] ἄκρον ἔλακες (ἄχος ἐμοὶ στένειν).

4) Etiam alter locus, Ion. 790, qui in editionibus sic legitur:

(τὸ δ'ἐμὸν ἄτεκνον ἄτεκ)νον ἔλαβεν ἄρα βίο(τον, [ἐν] ἐρημίᾳ),

ubi ἐν addidit Seidler, ἄτεκνον in codice P ter legitur, facili verborum transpositione potest sanari, ita ut aut scribatur:

(τὸ δ'ἐμὸν ἄρα βίοτον) ἄτεκνον ἄτεκνον ἔλα(βεν ἐν ἐρημίᾳ)

aut, si magis placet artificiosior illa collocatio verbi geminati:

(τὸ δ'ἐμὸν ἄρα βίοτον) ἄτεκνον ἔλαβεν ἄτεκ(νον ἐν ἐρημίᾳ).

Locum tertium, Bacch. 986 c δρόμον ἐς ὄρος ἐς ὄρος, in suspenso relinquo, utrum exceptionis loco habeamus an vis ei afferenda sit; equidem non ausim invitis codicibus quicquam novare.

5 et 6) Eur. Hel. 650, quem versum codices sic dant:

πόσιν ἐμὸν ἔχομεν ἔχομεν, ὃν ἔμενον,

ut dimetrum dochmiacum efficeret, Seidlerus (de vers. dochm. p. 67) duplicavit verbum ἐμόν, quae coniectura plerisque editoribus est probata, Hermanno ita, ut transponeret geminatum ἐμόν post alterum ἔχομεν. Scribit igitur Seidler versum sic:

πόσιν ἐμὸν ἐμὸν ἔχο|μεν ἔχομεν, ὃν ἔμενον

Hermannus πόσιν ἔχομεν ἔχομεν | ἐμὸν ἐμὸν, ὃν ἔμενον.

Quas emendationes reiciendas esse puto ideo, quia mihi verbum ab his geminatum adeo indignum videtur esse, quod repetitione urgueatur, ut omnino omitti possit. Multo dignius quod duplicetur mihi esse videtur verbum πόσιν, quod si repetieris, habebis dimetrum dochmiacum hunc:

πόσιν [πόσιν] ἔχομεν | ἔχομεν, ὃν ἔμενον

omnibus numeris absolutum. Nam apte syllaba extrema ancipite dimeter dochmiacus secernitur a sequentibus.

Qui verbum ἔχομεν urguere maluerit, hunc dimetrum dochmiacum possit restituere:

ἔχομεν ἔχομεν ἐμὸν, | ὃν ἔμενον πόσιν.

7 et 8) His locis addiderim versum, in quo vocabulum semel positum non ab editoribus propter causas metricas est geminatum, sed a librario falso mihi repetitum esse videtur. Legitur is dochmius Eur. Herc. 1059 sic in codd.:

(εὕδει; ναί, εὕδει) ὕπνον ὕπνον ὀλόμενον,
ὃς ἔκανεν ἄλοχον, ἔ(κανε δὲ τέκεα, τοξήρει
ψαλμῷ τοξεύσας),

ubi in duobus trium dochmiorum thesibus solutis insignium caesuram, quam desideramus, esse omissam videmus.

Sed locus ideo offendit, quod duae ultimae verbi τοξήρει syllabae in metrum dochmiacum non possunt redigi. Suspicor cum Hartungo delendum esse alterum ὕπνον, et mutandum

ὀλόμενον in ὀλοὸν (cuius verbi vice etiam alio loco Euripideo, Or. 1364, librarii falso ὀλόμενον scripserunt, ubi genuinam scripturam Hermann restituit) addendumque ad τέκεα articulum τὰ et verba sic transponenda:

εὕδει; ναί, εὕδει | ὀλοὸν ὕπνον, ἄλοχον
ὅς ἔκαν' ἔκανε δὲ [τὰ] | τέκεα τοξήρει
ψαλμῷ τοξεύσας.

Iam examinemus ceteros locos contra librorum auctoritatem a viris doctis ita temptatos, ut caesura post tertiam brevem neglegeretur:

9) Parodi virginum Thebanarum in Aeschyli Sept. versus primus, v. 78, in codice Mediceo sic legitur:

θρέομαι φοβερὰ μεγάλ' ἄχη,

quem ut in dimetrum dochmiacum cogeret, Dindorfius ante θρέομαι inseruit νεόκοτα:

[νεόκοτα] θρέομαι | φοβερὰ μεγάλ' ἄχη.[1]

Νεόκοτα ἄχη dici explicat „ratione habita priorum eventorum, quae praecessisse ex prologo Eteoclis spectatores cognoverant“. At cum Eteocles in prologo ne uno quidem verbo priores calamitates tetigerit, sed angustiis, quibus urbs premeretur, expositis adhortatus sit cives, ut suo quisque officio fungeretur, reiciendum esse censeo hoc adiectivum.

Mihi eius modi coniectura videtur et metro et sensui satisfacere:

Θρέομαι [ἄνι' ἄνια] | φοβερὰ μέγαλ' ἄχη,

cum meminerim locorum Aeschyleorum Pers. 256 ἄνι' ἄνια κακὰ νεόκοτα, 1055 et 1061 ἄνι' ἄνια, ubi fortasse κακὰ est addendum.

10) Aesch. Sept. 239 b in editionum recentiorum plerisque legitur:

(ποτίφατον κλύου)σα πάταγον ἀναμὶξ,

[1] Plerique editores ante Dindorfium pro θρέομαι ex apographis, quae versum sic exhibent: θρεῦμαι φοβερὰ μεγάλα τ' ἄχη, interpolatum scilicet per correctorem metri dochmiaci ignarum, receperunt θρεῦμαι, ut versum restituerent constantem e spondeo et dochmio.

quod Heimsoeth proposuit, cum codex exhibeat:

ποταίνιον κλύουσα πάταγον ἄμμιγα.

Quae coniectura etsi plena cum versu antistrophico v. 233 διὰ θεῶν πόλιν | νεμόμεθ' ἀδάματον responsione restituta commendatur, tamen dubiae fidei ideo est, quod reiecta forma usitata ἄμμιγα (cfr. Soph. Trach. 839 μελαγχαίτα τ' ἄμμιγά νιν αἰκίζει) forma introducitur in Aeschyli orationem ea, cuius neque in huius neque in ceterorum poetarum tragicorum fabulis ullum legitur exemplum. Cum locum esse corruptum ab interpolatore, qui violenter eum in trimetrum iambicum redigere voluerit, nemo non videat, num facili remedio genuina scriptura restitui possit dubito. Probabilis emendatio cum in promptu non sit, peritioribus sanandum commendaverim locum.

§ 13.

Altera classis efficitur iis dochmiis, quos falsa distributione ortos esse confido. In horum numerum referendi mihi videntur quattuor loci, Aesch. Ag. 1407 : 1426, Soph. Oed. Col. 1479, Oed. rex 1313—1320, Eur. Iph. Taur. 871.

1 et 2) Aesch. Ag. 1407 : 1426 recentiores editores ita distinguunt:

(τί κακὸν, ὦ γύναι,) χθονοτρεφὲς ἐδανὸν
(ἢ ποτὸν πασαμένα ῥυτᾶς ἐξ ἁλὸς ὄρμενον),

ant. (μεγαλόμητις εἶ,) περίφρονα δ' ἔλακες·
(ὥσπερ οὖν φονολιβεῖ τύχᾳ φρὴν ἐπιμαίνεται),

ut locus constet ex binis dochmiis, qui creticum cingant, recte improbata Seidleri divisione, qui ἐδανὸν ἢ ποτόν: ἔλακες ὥσπερ οὖν dochmium efficere censet, cui quattuor syllabae breves χθονοτρεφὲς: περίφρονα δ' sint praemissae. Ut reliquis locis plerisque, quibus Seidler quattuor syllabas breves praecedere dochmio ait (de dochm. p. 153—156), velut Soph. Oed. Col. 1447 : 1462, Eur. Med. 1280 : 1291, El. 1149 : 1157, Or. 171, etiam hoc loco dochmius et creticus vel quattuor syllabae breves et dochmius ad tetrapodiam iambicam sunt consociandi. Locus igitur sic est distribuendus:

τί κακὸν, ὦ γύναι,	ant. μεγαλόμητις εἶ,
χθονοτρεφὲς ἐδανὸν ἢ ποτὸν	περίφρονα δ' ἔλακες· ὥσπερ οὖν
πασαμένα ῥυτᾶς ἐξ ἁλὸς ὅρμενον.	φονολιβεῖ τύχᾳ φρὴν ἐπιμαί-
	νεται.

3) Soph. Oed. Col. 1479 distributio Dindorfii et complurium aliorum editorum:

(ἔα ἔα, ἰδοὺ μάλ' αὖθις ἀμφίσταται) διαπρύσιος ὄτοβος.
(ἵλαος, ὦ δαίμων, ἵλαος, εἴ τι γᾷ
ματέρι τυγχάνεις ἀφεγγὲς φέρων)

ideo mihi non probatur, quod antistropha nisi gravissimis mutationibus adhibitis aequari non potest. Ubi cum codd. haec dent:

ἰὼ παῖ, βᾶθι βᾶθ' εἴτ' ἄκραν ἐπιγύαλον
ἐναλίῳ ποσειδαωνίωι θεῷ τυγχάνεις
βούθυτον ἑστίαν ἁγίζων ἱκοῦ,

non solum ἰώ cum Hermanno esset geminandum et lacuna, qua dochmius exciderit, post βᾶθ' statuenda, quo loco deesse aliquid manifestum est, sed etiam mutandum ἄκραν in ἄκρον, ποσειδαωνίᾳ in Ποσειδαονίῳ, delendum denique verbum τυγχάνεις, quod omnino nihil habet offensionis, ut haec antistrophae sit forma:

ἰὼ ἰὼ παῖ, βᾶθι βᾶθ' | ⏑̄ ⏑⏑̲ ⏑⏑ ⏑̆ ⏑⏑̲ | εἴτ' ἄκρον ἐπὶ γύαλον
ἐναλίῳ Ποσει|δαονίῳ θεῷ
βούθυτον ἑστίαν | ἁγίζων, ἱκοῦ.

Etsi nisi gravioribus remediis locum sanari non posse perspicuum est, certe praestat ea emendandi ratio, quae quam proxime accedat ad lectionem traditam. Hanc mihi videtur nactus esse Meinekius, qui stropham et antistropham eo modo pares effecit, ut in stropha post ὄτοβος voculam ὤ insereret, in antistropha cum illis ἰώ geminaret et pro παῖ βᾶθι scriberet πρόβαθι et Ποσειδανίῳ pro Ποσειδαωνίωι et lacunam post βᾶθ' statueret, ut iam versus constaret e tetrametro iambico et quinque dochmiis. Quod autem tetrametrum iambicum consociatum statuit dochmiis, eo minus offendit, quia etiam in altera strophae parte praecedit dochmios hic versus (v. 1484 : 1497) et in stropha praecedente (1447—1456 : 1462—1471) insertus est dochmiis. Emendatio Meinekiana haec est:

ἔα ἔα, ἰδοὺ μάλ' αὖθις ἀμφίσταται διαπρύσιος ὄτοβος ὤ.
ἵλαος, ὦ δαίμων, | ἵλαος, εἴ τι γᾷ
ματέρι τυγχάνεις | ἀφεγγὲς φέρων.
ant. ἰὼ ἰὼ πρόβαθι βᾶθ' ◡ — εἴτ' ἀκρᾶν ἐπὶ
γύαλον ἐναλίῳ
Ποσειδανίῳ | θεῷ τυγχάνεις
βούθυτον ἑστίαν | ἁγίζων, ἱκοῦ.

Ipse Meinekius proponit duo verba, quibus lacuna apte expleatur, ἀγρόθεν et οἴκοθεν. Ut denique plena responsio restituatur, fortasse in stropha pro ἀμφίσταται est scribendum περιίσταται; cfr. Suidam s. v. ὄτοβον· περιίσταται διαπρύσιος ὄτοβος.[1]

4—7) Luculentissimum huius classis exemplum est Soph. Oed. rex 1313 : 1321, quo loco, ut vulgo distribuitur, duo dochmii, qui arsibus solutis insignes sunt, et in stropha et in antistropha carent caesura post syllabam tertiam, quae tamen alia distinctione utrobique restituitur. Ita enim locus in editionibus circumfertur distributus:

(ἰὼ σκότου)
νέφος ἐμὸν ἀπότροπον, | ἐπιπλόμενον ἄφατον,
(ἀδάματόν τε καὶ | δυςούριστον [ὄν]).
ant. (ἰὼ φίλος,)
σὺ μὲν ἐμὸς ἐπίπολος | ἔτι μόνιμος· ἔτι γὰρ
(ὑπομένεις με τὸν | τυφλὸν κηδεύων),

ubi in stropha traditum est ἐπιπλώμενον et ἀδάμαστον, deest ὄν, quod Hermann addidit, in antistropha με pro ἐμέ Erfurdt restituit.

Possit vero eodem iure, quo diiambus ἰὼ σκότου: ἰὼ φίλος, interiectio ἰώ sola praemitti versibus dochmiacis, quod aliis locis haud paucis fieri constat; quod si fit, in omnibus dochmiis, quorum altera longa est soluta, caesura est observata. Distinctio enim haec efficitur:

---

[1] Aliter antistropham restituere student Hartung, Schenkl (Philol. XVII, 241), Goldmann de dochm. usu Soph. p. 78.

(ἰώ) σκότου νέφος ἐμὸν ἀ|πότροπον ἐπιπλόμενον
ἄφατον ἀδάματόν | τε καὶ δυςούριστον ὄν.
ant. (ἰώ) φίλος, σὺ μὲν ἐμὸς ἐπίπολος ἔτι μόνιμος·
ἔτι γὰρ ὑπομένεις | με τὸν τυφλὸν κηδεύων.

Quae distributio sine dubio gravi interpunctione post vocabulum μόνιμος quo enuntiatum finitur intercedente commendatur. Versus alter constat e dochmio, quem excipit tetrapodia iambica tertio pede syncopata, quae coniunctio occurrit e. g. Aesch. Choeph. 940 : 950 ἔλασε δ' ἐς τὸ πᾶν | ὁ πυθοχρήστας φυγάς: ant. προςαγορεύομεν | βροτοὶ τυχόντες καλῶς, Eur. El. 1152 : 1162 πατρίδα δεκέτεσιν | σποραῖσιν ἐλθόντ' ἐμάν: ant. πόσις, ὅ τί ποτε τὰν | τάλαιναν ἔσχεν κακόν, Phoen. 1287 : 1299, aliis locis, ubi plerique viri docti versum secernunt in duos dochmios iambum includentes. Fortasse omnibus his locis aptius secernitur dochmius a tetrapodia.

8 et 9) Eur. Iph. Taur. 871 et 872 cum vulgo ita distinguantur:

παρὰ δ' ὀλίγον ἀπέφυ|γες ὄλεθρον ἀνόσιον
(ἐξ ἐμᾶν | δαϊχθεὶς χερῶν),

constat locus e dimetro dochmiaco et uno cretico et dochmio, quibus e dochmiis duo priores, qui thesibus solutis decurrunt, caesura post primam thesin carent.

Idem tamen locus potest etiam ita distingui, ut creticus non inseratur, sed praecedat tribus dochmiis isque thesibus solutis insignis: παρὰ δ' ὀλίγον.[1] In primo trium dochmiorum sequentium deest quidem caesura; sed iam Weil aptius verba ita collocari vidit, ut adiectivum a substantivo verbo interposito seiungeretur. Ipse ita transponit verba ἀνόσιον ἀπέφυγες | ὄλε-

---

[1] Minus placet Schoenii et Koechlyi divisio, qui utroque δεῖν' ἔτλαν, quod codd. in versu praecedente exhibent, retento verba παρὰ δ' ὀλίγον cum voce extrema ξύγγονε in versus dochmiaci formam coniungunt, sic scribentes:

ὦ μελέα δεινᾶς | τόλμας· δεῖν' ἔτλαν,
δεῖν' ἔτλαν, ὤμοι | ξύγγονε. παρὰ δ' ὀλίγον,

ubi offendit litterae ε in altero ἔτλαν productio.

θρον sqq. Nos *ὄλεθρον* in initio versus collocantes hos dochmios restituimus:

ὄλεθρον ἀπέφυγες ἀ|νόσιον ἐξ ἐμᾶν
δαϊχθεὶς χερῶν.

§ 14.

Quoniam locos pertractavimus, in quibus aut lectio tradita servanda erat aut nihil mutandum, nisi quod ante nos alii metri causa mutaverunt, nunc eos perlustrabimus locos, quibus facili transpositione caesura post tertiam brevem potest restitui. Sunt vero hi: Soph. El. 1266, Eur. Herc. 745, 1023, Phoen. 299, Bacch. 1007.

1) Soph. El. 1266 legitur cum Dindorfio in plerisque editionibus

τᾶς πάρος ἔτι χάριτος | εἴ σε θεὸς ἐπόρισεν,

cum prima manus scripserit *ἐπόρσεν,* quod ab eadem aliave manu correctum est in *ἐπῶρσεν.*

Quem dochmium quominus statuamus et caesura post tertiam syllabam incisum fuisse et in syllabam ancipitem exiisse ita, ut *θεὸς* per synizesin tanquam una syllaba brevis pronuntiaretur, impedit versus strophae, v. 1246, cuius thesis extrema in duas breves est soluta.

Conicio facili transpositione pronominis *σε* ita esse scribendum:

εἰ θεὸς ἐπόρισεν σ'.[1]

2) Pluribus agendum est de secundo loco graviter corrupto, Eur. Herc. 745, qui cum sit traditus:

πάλιν ἔμολεν, ἃ πάρος (οὔποτε διὰ φρενὸς
ἤλπισεν παθεῖν γᾶς ἄναξ),

facili modo possit sanari ita, ut cum Fixio *ἂν* post *φρενὸς* inseratur et verba *ἔμολε* et *πάλιν* transponantur.

At iam Pflugk recte observavit interpretationi vulgari, quam verba tradita solam admittunt: „Venerunt rursus, quae

[1] Simili modo etiam Bergkium emendasse Goldmann de dochm. usu Sophocl. p. 29 docet, sed ita, ut tripodiam iambicam restitueret hanc:

εἰ θεός ἐπῶρσέ σε.

prius nusquam animo speravit se passurum, domino huius terrae," ut dominus terrae sit Lycus, cui imminere, quam nunquam metuerit, ultionem chorus praedicet, obstare verbum πάλιν. Ad quod tuendum nihili est, quod Matthiae profert, ad πάλιν pertinere idem, quod Spohn lect. Theocr. spec. I p. 32 de αὖθις et ἄψ particulis monuerit, quas poni quando fiat aliquid quod nondum sit factum, per illud autem ipsum, quod fiat, aliud quid in pristinam restituatur condicionem aut quod sit interea factum, iam reddatur irritum. Sententiae vero, quam Pflugk facili mutatione verbi ἤλπισεν in ἤλπισ(α) ἄν infert loco „Rediit, quod nusquam speravi fore, ut mihi contingeret, rex terrae huius" (scil. Hercules), Wecklein in tertia editione obstare verbum παθεῖν recte adnotat. Sed utcunque interpretaris, unum me quidem offendit vocabulum πάρος, quod ad οὔποτ' ἤλπισεν vel ἤλπισ' ἄν additum non solum inutile, sed etiam molestum videtur esse.

Difficultates tolli posse negaverim, nisi, uter hoc loco ab Euripide possit nominari ἄναξ γᾶς, Lycus an Hercules, quaesiverimus.

In priore fabulae parte verbum ἄναξ (v. 589, 602, 707) nec non κοίρανος χθονός (v. 138) Lycum significat. De eodem vero quomodo viri docti potuerint cogitare v. 735 et 736: *Μεταβολὰ κακῶν· μέγας ὁ πρόσθ' ἄναξ | πάλιν ὑποστρέφει βίοτον εἰς Ἅιδαν,* equidem vix intellego. Nam primum offendit epitheton μέγας, tum ὁ πρόσθ' ἄναξ Lycus, dum vivit, inepte appellatur, cum praesertim is v. 768 iterum ἄναξ et ὁ καινὸς quidem nominetur. Hic locus manifesto indicat, quis solus ὁ πρόσθ' ἄναξ possit appellari, Hercules scilicet, qui Lyco ita opponitur, ut hic ὁ καινός, ipse ὁ παλαίτερος ἄναξ nominetur. Iam quae fuerit sententia versuum 735 et 736, verbum πάλιν, in quo neminem virorum doctorum haesisse miror, indicat: Non Lyci morte sed Herculis ex Orco reditu laetatur chorus, quam sententiam effeceris scribendo: *Μεταβολὰ κακῶν· μέγας ὁ πρόσθ' ἄναξ | πάλιν ὑποστρέφει βίοτον ἐξ Ἅιδου.*

Ut iam ad eum locum redeamus, unde progressi sumus, qui in antistropha respondet versibus 735 et 736, vox πάλιν manifestum vestigium mihi videtur continere, hic quoque non

tam gaudio mortis Lyci, quam reditus Herculis motum chorum lacrimas fundere et sententiam illam, quam Pflugk restituit, inesse in versibus. Sed *ὁ γᾶς ἄναξ* simpliciter positum non de Hercule, sed de Lyco modo vidimus posse dici. En, habes, quo referas verbum *πάρος*, quod cum verbo *ἤλπισεν* coniunctum offendit. Hercules, ut in stropha *ὁ πρόσθ' ἄναξ*, ita in antistropha *ὁ πάρος γᾶς ἄναξ* nominatur.

Locus iam ita mihi videtur esse restituendus:

ἔμολε πάλιν ἔμολεν, | οὔποτ' ἂ διὰ φρενῶν
ἤλπισ' ἄν, ὁ | πάρος γᾶς ἄναξ.

3) Eur. Herc. 1023 pro *σὺ δὲ τέκνα τρίγονα τε(κόμενος, ὦ τάλαν)* scripserim:

σὺ δὲ τρί|γονα τέκνα τε(κόμενος, ὦ τάλαν),

qua collocatione apte verbum compositum *τρίγονα* urgetur, cum conferatur hoc loco Hercules, qui tres liberos suos occiderit, cum Procna unius liberi interfectrice.

4) Eur. Phoen. 299 b verba *(τί μέλλεις ὑπώ)ροφα μέλαθρα περᾶν* fortasse ita transponenda sunt

(τί μέλλεις ὑπώ)ροφα περᾶν μέλαθρα,

qua transpositione apte separatur adiectivum a suo substantivo verbo interposito.

5) Eur. Bacch. 1007 *(τὸ σοφὸν οὐ φθόνῳ χαίρω θηρεύου)σα, τὰ δ' ἕτερα μέγαλα* transposuerim ita:

(τὸ σοφὸν οὐ φθόνῳ χαίρω θηρεύου)σα, τὰ δὲ μέγαλ' ἕτερα.

Facili denique mutatione sanantur hi duo loci:

1) Ar. av. 1193 b, ubi pro lectione ita tradita *ὃν Ἔρεβος ἐτέκετο* hoc restituerim; *ὃν Ἔρεβος τέκετο.*[1]
2) Eur. Iph. Taur. 877, qui locus in codicibus et in plerisque editionibus ita legitur:

(τίνα σοι πόρον εὑρομένα) πάλιν ἀπὸ πόλεως (ἀπὸ φόνου πέμψω | πατρίδ' ἐς Ἀργείαν),

quamquam absurdum est *ἀπὸ πόλεως.*

[1] Aoristum augmento syllabico carentem in stropha dochmiaca e. g. adhibuit Euripides Iph. Taur. 854 *ἐγὼ δ' ἁ μέλεος οἶδ', ὅτε φάσγανον δέρᾳ θῆκέ μοι μελεόφρων πατήρ.*

E coniecturis, quas recentiores viri critici temptaverunt, ambigo utrum amplectar Koechlyanam *ἀπὸ ξένας*, ad quod *πολεως* ut glossema sit additum, an eam, quam Wecklein (Stud. zu Eurip. p. 396) proposuit: *αὖ πάλιν ἀπ' ὀλέθρου.*[1]

§ 15.

Ex 39 dochmiis igitur classis III, in quibus videbatur esse omissa caesura post tertiam syllabam brevem (cfr. p. 38), 11 tantum supersunt, 3 Aeschylei, 1 Sophocleus, 6 Euripidei, 1 Aristophoneus, e quibus 7 exhibent incisionem post priorem duarum brevium syllabarum, in quas thesis altera est soluta, id est post quartam dochmii syllabam:

1) Aesch. Suppl. 691 b (*πρόνομα δὲ βοτὰ τῶς*) *πολύγονα τελέθοι,*

2) Ag. 1173 a *ἑπόμενα προτέροις* (*τάδ' ἐφημίσω*), quem locum editores aut cum Pauwio restituerunt ita: *ἑπόμενα προτέροισ(ι τάδ' ἐφεμίσω)* aut cum Weilio ita: *ἑπόμηνα προτέροις* (*τάδ' ἐπεφημίσω*),

3) Eum. 256 b (*λάθῃ φύγδα βὰς*) *ματροφόνος ἀτίτας,*

4) Soph. El. 1246 a *ἀνέφελον ἐπ|έβαλες,* (*οὔποτε καταλύσιμον*),

5) Eur. Or. 177 a *ἐρεβόθεν· ἴθι, μόλε* (*μόλε κατάπτερος*),

6) Hel. 694 b *κακόποτμον ἀραίαν,*

7) Ar. Ach. 390 a *σκοτοδασυπυκνότριχά(τιν' Ἄϊδος κυνῆν)*; duo ante ultimam longam solutam vel post syllabam sextam (et simul post priorem duarum brevium syllabarum, in quas soluta est thesis prima):

8) Eur. Or. 150 b *χρέος ἐμόλετέ ποτε,*

9) Hel. 627 c *περί τ' ἐπέτασα χέρα*[2]*;* duo tantum versus Euripidei exhibent caesuram post secundam thesin solutam (et simul post priorem duarum brevium syllabarum, in quas soluta est thesis prima):

---

[1] Minus placet coniectura Bergkiana: *πάλιν ἀποστελῶ σ'* et Schmidtiana *πάλιν ἀποπρὸ νεὼ σ'.* [2] Ita Hermannus scripsit, cum traditum esset *περιπετάσασα χέρα.*

10) Eur. Or. 150a *λόγον ἀπόδος ἐφ' ὅ τι (χρέος ἐμόλετέ ποτε),*
11) Hel. 696 *ὅτε μέλαθρα λέχεά τ'(ἔλιπον οὐ λιποῦσ').*

Hic numerus exiguus non solum dochmiorum post syllabam quartam, sed etiam dochmiorum post secundam thesin solutam incisorum, quo loco dochmiorum et forma primitiva et thesi prima sola soluta insignium maximam partem caesuram exhibere ostendimus, satis demonstrare mihi videtur poetas consulto et abstinuisse in dochmiis thesibus solutis decurrentibus hac caesura et incidisse omnes hos dochmios post primam thesin.

Cur autem in hac dochmiorum classe a regula generali recesserint poetae, vix aliam puto causam posse reperiri, quam quod necesse fuerit vacuo tempore compensari arsin inter duas theses solutas per syncopam sublatam.

Stabilitur igitur denuo coniectura nostra, pede dochmio qui dicitur effici tripodiam iambicam syncopa arseos secundae conspicuam.

Paucos illos versus undecim, qui huic coniecturae obstare videntur, ne opus quidem est omnes mutari. Possint enim ii, qui a syllaba brevi incipiunt, esse tripodiae iambicae primo pede syncopatae (∧ ⏖ ⏑ ⏖ ⏑ ⏒), quos versus haud raro occurrere consociatos dochmiis infra exponetur. Favet autem huic explicationi, quod nullus horum versuum cohaeret cum versu praecedente eiusdem vocabuli vinculo, sed omnes a prima novi vocabuli syllaba incipiunt, ut quominus initio versus pausa statuatur, nihil impediat. Nec dubitamus hoc modo explicare versus, qui in canticis occurrunt, quorum dochmiis etiam aliae tripodiae iambicae aut *ὁλόκληροι* aut extra pedem secundum syncopatae admixtae sunt. Itaque illum versum ex Aesch. Ag. prolatum:

1173a *ἑπόμενα προτέροις* nec non strophicum:
1162 *τί τόδε τορὸν ἄγαν (ἔπος ἐφημίσω;),*

a quo altera pars strophae continens chori cantum incipit, ita describemus ∧ ⏖ ⏑ ⏖ ⏑ —, cum praesertim etiam prior pars, quae vaticinia Cassandrae complectitur, a tripodia iambica incipiat:

v. 1156a (ἰώ) *γάμοι γάμοι Πάριδος* (*ὀλέθριοι φίλων*).
ant. 1167 (ἰώ) *πόνοι πόνοι πόλεος* (*ὀλομένας τὸ πᾶν*).

Idem cadit in versus tres, quos ex Eur. Or. attuli, qui in cantico leguntur, cuius initium facit tripodia iambica primo pede syncopata ∧– | ◡ — | ◡ —

v. 140 *σῖγα σῖγα, λεπ*(*τὸν ἴχνος ἀρβύλης*).
ant. 153 *πῶς ἔχει; λόγου* (*μετάδος, ὦ φίλα*).

Hanc unius alteriusve ex illis undecim dochmiis rationem esse persuasum habeo ac perpaucos superesse, in quibus mutatione indigeat lectio tradita.

Probatur igitur omnino haec regula, in versibus dochmiacis thesibus solutis decurrentibus fieri caesuram post tertiam syllabam. Omnes coniecturae, quibus dochmii hac forma insignes efficiuntur carentes illa caesura, ob id ipsum sunt reiciendae velut Aesch. Ag. 1410, ubi hoc est traditum:

δαμοθρόους τ' ἀρὰς
ἀπέδικες ἀπέτεμες· ἄπολις δ' ἔσει,

et Weiliam coniectura: (*δαμόθροός γ' ἀρὰ*) *σ' ἀπέδικέ σ' ἀπέταμεν* et quod Dindorf in adnotat. poet. scaen. Graec. proponit:

(*θαμόθροός σ' ἀρὰ*) *ἀπέδικεν ἀπέταμεν* (*ἀπόπολις δ' ἔσει*).

Fortasse facili mutatione lectionis Weilianae scribendum est:

σ' ἀπέδικέν σ' ἀπέταμ' | ἀπόπολις δ' ἔσει.

Item Soph. Oed. R. 1350, ubi traditum est:

(*ὄλοιθ', ὅςτις ἦν, ὃς ἀγρίας πέδας*) *νομάδος ἐπιποδίας* (*ἔλαβέ μ' ἀπό τε φόνου*),

irrita est et Elmsleiana coniectura, quam Dindorf recepit:

νομάδ' ἐπιποδίας

et Bothiana, quae Bergkio et Hartungo est probata:

νομὰς ἐπιποδίας.

Item Ar. av. 1265 (*μηδέ τιν' ἱερόθυτον*) *ἀνὰ δάπεδον ἔτι* non cum Meinekio *ἂν* ante *ἔτι* inserendum est ad dochmium explendum, sed fortasse cum Christio (Metr. 2. p. 439) scribendum

ἀνὰ [*τὸ*] *δάπεδον ἔτι.*

§ 16.

Nunc perlustremus pauca dochmiorum exempla, quorum thesis secunda sola est soluta. Ne in horum quidem fere ullo omissam esse caesuram ante thesin solutam (id est post syllabam secundam) par est. Exempla vero haec sunt:

1) Aesch. Sept. 86 b *θεαί τ', ὀρόμενον*, nisi pro *ὀρόμενον* malis legere *ὄρμενον* || 2) 127 a *σύ τ' ὦ Διογενὲς* || 3) Suppl. 430 b *δίκας ἀγομέναν* || 4) ant. 435 b *μένει δορὶ τίνειν* || 5) 635 b *κτίσαι μάχλον Ἄρη* || 6) ant. 648 b (*δυςπόλεμον, τὸν οὔ*)*τις ἂν δόμος ἔχοι* || 7) et 8) Eum. 791 a : 821 a *ἰὼ μεγάλα τοι* || 9) Soph. Ai. 879 b *τίς ἂν φιλοπόνων* || 10) Ant. 1289 *τί φῄς, τίνα λέγεις* (*νέον μοι νέῳ*[1]) || 11) Eur. Ion. 784 a *πῶς φῄς; ἄφατον ἄρ*(*ρητον ἀναύδητον*) || 12) Troad. 247 *τοὐμὸν δὲ τίς ἄρ' ἔλα*(*χε τέκος, ἔννεπε*) || 13) Hel. 655 b (*ἐμὰ δὲ δάκρυα χαρ*)*μονᾶν πλέον ἔχει* || 14) Iph. Taur. 840 *πρόσω τάδ' ἐπέβα*, quod Nauck et Weil ita transponunt: *τάδ' ἐπέβα πρόσω* || 15) Or. 146 a *λεπτοῦ δόνακος, ὦ* || 16) ant. 158 a *ὕπνου γλυκυτάταν* || 17) 344 a *λάβροις ὀλεθρίοι*(*σιν ἐν κύμασιν*) || 18) 1267 *κόρας διαδότε δι*(*ά* eqs. cfr. p. 57) || 19) 1306 a *δόρει*[2] *παρὰ ποταμόν* || Huc addiderim hos versus Sophocleos a me supra restitutos (p. 48) 20, et 21, Soph. Oed. rex 1313 : 1320 (*ἰὼ*) *σκότου νέφος ἐμὸν ἀ*(*πότροπον, ἐπιπλόμενον*) ant. (*ἰὼ*) *φίλος, σὺ μὲν ἐμὸς ἐ*(*πίπολος ἔτι μόνιμος*) et 22) Euripideum Hel. 650 *πόσιν* [*πόσιν*] *ἔχομεν* (cfr. p. 43.)

Tres versiculi, qui huic regulae obstare videntur, Aesch. Eum. 840 b : 873 b (*πνέω τοι μένος*) *ἅπαντά τε κότον*, Eur. Hipp. 815 c (*ἀνοσίῳ τε συμφορᾷ σᾶς χερὸς*) *πάλαισμα μελέας*, ut taceam quam male ex parte traditi sint, contenderim non dochmios esse, sed tripodias iambicas tertio pede syncopatas (◡ — ◡ ◡◡ ⌞—).[3] Ceterum non male Engerus locum Euripideum sic restituit (Philol. XII p. 418):

(*ἀνοσίῳ τε συμφορᾷ σᾶς πάλαι*)*σμα μελέας χερός.*

---

[1] Sic Hermannus restituit dochmios ita traditos: *ὦ παῖ τίνα λέγεις μοι νέον λόγον.* [2] *δόρει* Hermannus scripsit pro *δορὶ* tradito. [3] De hac forma cfr. § 18.

DE CHORIAMBO ET IONICO A MINORE DIIAMBI LOCO POSITIS

AD SUMMOS IN PHILOSOPHIA HONORES

AB AMPLISSIMO

PHILOSOPHORUM ORDINE

ACADEMIAE WILHELMAE ARGENTINENSIS

RITE IMPETRANDOS

SCRIPSIT

IOHANNES LUTHMER
HANNOVERANUS.

ARGENTORATI
APUD CAROLUM I. TRUEBNER.
MDCCCLXXXIV.

Aulae Vimariensis officina typographica.

Ante hos decem annos, cum Argentorati Guilelmi Studemundi scholis metricis interessem, ille vir doctissimus auditores docere solebat ab iis hominibus doctis, qui nuper metricae disciplinae operam dedissent, in explicandis poetarum Graecorum canticis quantitatem quidem syllabarum satis respici, non pari modo ictum totius coli periodive, ut e. g. tetrameter iambicus acatalectus, cui saepe hos ictus tribuendos esse docuit

⏑ –̀ ⏑ –́ ⏑ –̏ ⏑ –̋, ⏑ –̀ ⏑ –́ ⏑ –̏ ⏑ –̋,

confunderetur cum tetrametro trochaico catalectico praecedente anacrusi

[⏑] – ⏑ – ⏑ – ⏑ – ⏑ – ⏑ – ⏑ – ⏑ –,

quamvis ad hunc versum vulgo non iidem ictus quadrent, qui ad tetrametrum iambicum

[⏑] –̀ ⏑ –́ ⏑ –̏ ⏑ –̋ ⏑ –̀ ⏑ –́ ⏑ –̏ ⏑ –̋,

sed hi potius [1]):

–̋ ⏑ –̏ ⏑ –́ ⏑ –̀ ⏑ –̋ ⏑ –̏ ⏑ –́ ⏑ –̀

Maximi autem momenti in pertractanda hac quaestione id quoque esse docuit Studemundus, quod pro duobus iambis apud poetas Graecos haud raro legatur modo choriambus – ⏑ ⏑ – modo ionicus a minore ⏑ ⏑ – –. Qui pedes cur immixti sint versibus iambicis, explicari nullo modo posse, nisi saepe hos ictus ⏑ –̀ ⏑ –́ iustos fuisse putaris, non ⏑ –́ ⏑ –̀ trochaico metro aptos.

Et profecto leguntur choriambi non solum in canticis, sed etiam in diverbii trimetrorum initio. Veluti Aesch. sept. 547[2]) (= 530 ed. Kirchhoff)

---

[1]) cf. ea, quae Studemundum secutus nuperrime exposuit F. Vogt: de metris Pindari quaestiones tres; in diss. philol. Argent. vol. IV p. 8 sq.

[2]) Poetas scaenicos (Aeschylum, Sophoclem, Euripidem, Aristophanem) citavi secundum Dindorfii editionem quintam Lipsiae 1869; poetas

Παρθενοπαῖος Ἀρκάς. ὁ δὲ τοιόσδ' ἀνὴρ
syllabae *Παρθενοπαῖ-* diiambi locum explent.

Ab eodem nomine trimetrum iambicum incohavit Euripides suppl. 889

Παρθενοπαῖος εἶδος ἐξοχώτατος.

Praeterea primi diiambi locum in trimetro choriambus occupat Aesch. sept. 488

Ἱππομέδοντος σχῆμα καὶ μέγας τύπος

et Soph. fr. 785

Ἀλφεσίβοιαν, ἣν ὁ γεννήσας πατήρ.

Nec tamen intra celeberrimam illam, quam nominibus propriis in omni metrorum genere vindicabant, licentiam cohibuerunt poetae scaenici hunc choriambi usum. Itaque initio trimetri iambici bis legitur: *εἶεν, ἀκούω:* Aesch. Choeph. 657

εἶεν, ἀκούω· ποδαπὸς ὁ ξένος; πόθεν;

et Aristoph. pac. 663

εἶεν, ἀκούω· ταῦτ' ἐπικαλεῖς; μανθάνω.

Praeterea Aesch. Choeph. 1049 hic trimeter legitur:

φαιοχίτωνες καὶ πεπλεκτανημέναι.

Nec dissimiliter Alcaeus dixisse videtur fr. 18, 1

ἀσυνέτημι τῶν ἀνέμων στάσιν

– ⏑⏑ –, ⏑ – ⏑⏑ – ⏑ ⏓

Hic locis alii alio modo choriambum explicare vel removere conati sunt. Velut Priscianus[1]) Heliodori nisus auctoritate a trochaeo pro iambo incepisse trimetros apud Aeschylum (sept. 488) et Sophoclem (fr. 785) tradit. Choeph. 657 et Pac. 663 extiterunt qui aut *εἶεν γ'* legendum aut interpunctionis vi effectum esse putarent ut syllaba brevis *-εν* produceretur. Similiter Alc. fr. 18, 1 modo *ἀσυννέτημι* modo *εὖ συν(ν)έτησα* lectionem commendavit Bergkius.

---

lyricos secundum Bergkii editionem quartam Lipsiae 1878—1882; poetarum tragicorum fragmenta secundum Nauckii editionem Lipsiae 1857; comicorum antiquorum fragmenta secundum Kockii editionem (vol. I) Lipsiae 1880.

[1]) vol. II ed. Hertz pag. 427 sq.

Ab his locis ordienti mihi operae pretium esse visum est accuratius perscrutari, a quibus poetis et quibus condicionibus diiambus choriambo aut ionico admisso variatus sit. Nec tamen omnes quaestiones, quae in hac disputatione attingi possunt, solvere mihi proposui, sed satis habui materiam undique collectam in medio posuisse, qua spero fore ut ii homines docti utantur, qui posteriore tempore his disquisitionibus operam impertient.

Cap. I.

DE USU CHORIAMBI.

§ 1.

Plerique hodie consentiunt choriambum nihil aliud esse quam dipodiam dactylicam catalecticam, id est –́⏑⏑– positum esse volunt pro –́⏑⏑, –́. Satis est unius Westphalii[1]) exemplum proferre, qui –⏑⏑–⏑⏑–⏑– primum glyconeum catalecticum vocat atque –⏑⏑––⏑⏑– aeque ac –⏑–⏑–⏑⏑– iis numeris attribuit, quibus a scriptoribus de re metrica logaoedorum nomen datum est. Aliorsum ducimur Studemundi sententia, qui non pauca quidem cola formae –⏑⏑– ita ad logaoedos referenda esse concedit, ut schema –́⏑⏑– dipodiam logaoedicam catalecticam efficiat; alibi tamen, ac maxime in iamborum vicinia, cum in multis versibus iambicis *κατὰ συζυγίαν* compositis levior ictus ` priorem, fortior ´ posteriorem dipodiae iambicae (⏑–̀⏑–́) locum occupet, facile fieri potuisse censet, ut, mutatis syllabis ⏑–̀ in –̀⏑, ex diiambo efficeretur choriambus –̀⏑⏑–́ (quem ascendentem nominare solebat, ne cum descendente –́⏑⏑–̀ ac trochaicis numeris cognato confunderetur), itemque ut, syllabis –̀⏑ mutatis in ⏑–̀, ex diiambo efficeretur ionicus a minore ⏑⏑–̀–́, fortioris metrici ictus sede neque hic neque illic mutata.

Videamus nunc, quomodo ad hanc sententiam quadrent ea, quae de choriambo protulit Hephaestion saeculo p. Chr.

---

[1]) Westphal, griechische Metrik II² (1868) p. 718.

n. altero, qui de choriambo in nono capite enchiridii egit atque his verbis initium capitis fecit: [1]) *τὸ χοριαμβικὸν συντίθεται μὲν καὶ καθαρόν, συντίθεται δὲ καὶ ἐπίμικτον πρὸς τὰς ἰαμβικάς*, ad quae verba scholia vetustiora A haec exhibent: [2]) *τὸ χοριαμβικὸν δέχεται τὸν χορίαμβον καὶ τὰς ἰαμβικὰς συζυγίας· . . . Γίνεται δὲ καὶ διαλυομένης τῆς πρώτης μακρᾶς εἰς δύο βραχείας πεντασύλλαβος ἐκ χορείου καὶ ἰάμβου· ὅθεν ἴσως καὶ χοριαμβικὸν ἐκλήθη.* Conf. etiam schol. ad cap. 16 *περὶ πολυσχηματίστων:* [3]) *ὑπερτιθεμένου γὰρ τοῦ τῆς μακρᾶς χρόνου ἐν τῷ ἰαμβικῷ γίνεται χοριαμβικὸν σχῆμα.* Hanc explicationem Studemundus suam esse voluit, nisi quod Hephaestionem in eo vituperavit, quod choriambum ex ⏑⏑⏑⏑– ortum esse contendit; figuram ⏑⏑⏑⏑– enim non tam ⏑͡⏑⏑⏑– intellegendam esse quam ⏑⏑̀͡⏑⏑–́, ut esset solutio diiambi ⏑–̀⏑–́.

Optime quadrat ad haec Hephaestionis verba poetarum usus. Prima inter eos poetas, quorum carmina adhuc extant, Sappho usa est choriambo atque *ἐπιμίκτῳ πρὸς τὰς ἰαμβικάς* in tetrametro catalectico: fr. 60 [4])

Δεῦτέ νυν ἄβραι Χάριτες καλλίκομοί τε Μοῖσαι.

–⏑⏑–, –⏑⏑–, –⏑⏑–, ⏑––;

⏑–– enim nihil aliud est nisi dipodia iambica catalectice ⏑–– pro ⏑–⏑– cadens.

Item fr. 61

Πάρθενον ἀδύφωνον

–⏑⏑–, ⏑–⏑̱

choriambus cum dipodia iambica catalectica coniunctus est; secundum Bergkii sententiam hoc fragmentum ad idem carmen pertinet ad quod fr. 60.

Quater iste versiculus –⏑⏑–, ⏑–– usurpatus est in fr. 99

Ὄλβιε γάμβρε, σοὶ μὲν
δὴ γάμος, ὡς ἄραο,

---

[1]) Hephaest. p. 30 ed. Westphal, quam editionem in laudando Hephaestione ubique secutus sum.

[2]) Hephaest. p. 179.

[3]) Hephaest. p. 212.

[4]) Hephaest. p. 31. Westphal II [2] p. 766.

ἐκτετέλεστ', ἔχης δὲ
πάρθενον, ἂν ἄραο.

Cuius fragmenti binis versiculis singulos versus longiores effici voluerunt Gaisfordius et Westphalius (in ed. Hephaest. p. 57) et Bergkius (poet. lyr. III p. 123), quamquam Hephaestion ipse ἐκ χοριαμβικῶν ἑφθημιμερῶν τῶν εἰς τὴν ἰαμβικὴν καταkλεῖδα fragmentum illud compositum appellat, consentiente scholio Hephaestioneo p. 211 (ubi pro πέντε legendum est τέσσαρα).

Sane quidem duo eiusmodi cola uno versu comprehunduntur in fr. 100 [1])

Μελλίχροος δ' ἐπ' ἱμέρτῳ κέχυται προσώπῳ,

ubi non congruit finis vocabuli cum fine coli.

In Alcaei fragmentis duo extant ex solis choriambis composita: fr. 88

Μηδ' ὀνίαις τοῖς πέλας ἄμμεων παρέχην
– ◡◡ –, – ◡◡ –, – ◡◡ –

et fr. 90 Ἐρραφεώτου γὰρ ἄναξ
– ◡◡ –, – ◡◡ –,

quae ex veris choriambis constare, non logaoedica esse et Sapphonis exemplo docemur et multis Anacreontis versibus.

Leguntur enim inter Anacreontis fragmenta choriambi pro diiambo ἐπίμικτοι πρὸς τὰς ἰαμβικάς: fr. 22 [2])

Σίμαλον εἶδον ἐν χορῷ πηκτίδ' ἔχοντα καλήν
– ◡◡ –, ◡ – ◡ –, – ◡◡ –, ◡ – – ;

fr. 23 [3])

Ἐκ ποταμοῦ 'πανέρχομαι πάντα φέρουσα λαμπρά
– ◡◡ –, ◡ – ◡ –, – ◡◡ –, ◡ – ⏒;

fr. 26 Χεῖρά τ' ἐν ἠγάνῳ βαλεῖν
– ◡◡ –, ◡ – ◡ –;

fr. 27 Ἥλιε καλλιλαμπέτη
– ◡◡ –, ◡ – ◡ –;

---

[1]) Cf. Hephaest. p. 67. schol. A p. 211.
[2]) Hephaest. p. 56. Westphal II [2] p. 769, 770.
[3]) Hephaest. p. 31.

fr. 29 ...... ἐγὼ δ' ἀπ' αὖτις φύγον ὥστε κόκκυξ
[⏓ ⏕ ⏕ ⏓], ⏑ – ⏑ –, – ⏑ ⏑ –, ⏑ – –;

fr. 57

Φίλη γὰρ εἶ ξένοις, ἔασον δέ με διψῶντα πιεῖν
⏑ – ⏑ –, ⏑ – ⏑ –, – ⏑ ⏑ –, – ⏑ ⏑ –.

Ex solis choriambis adiecta dipodia iambica catalectica hi praeterea versus constant:

fr. 28 [1])

Ἀσπίδα ῥίψας ποταμοῦ καλλιρόου παρ' ὄχθας
– ⏑ ⏑ –, – ⏑ ⏑ –, – ⏑ ⏑ –, ⏑ – –;

fr. 31 (trim. choriamb. catalect.) [2])

Δακρυόεσσάν τ' ἐφίλησεν αἰχμάν
– ⏑ ⏑ –, – ⏑ ⏑ –, ⏑ – –;

fr. 34 *Εἶμι λαβὼν ἐς Ἥρης*
– ⏑ ⏑ –, ⏑ – –.

In fr. 33 [3])

οὐδ' ἀργυρέη κω τότ' ἔλαμπε πειθώ
[⏓ ⏕ ⏕]–, – ⏑ ⏑ –, – ⏑ ⏑ –, ⏑ – –

prima versus syllaba certo ad priorem versus partem, quae servata non est, pertinuit; item fr. 60

Καί μ' ἐπίβωτον κατὰ γείτονας ποιήσεις
– ⏑ ⏑ –, – ⏑ ⏑ –, ⏑ – ⏑ –, –[⏓ ⏕ ⏓]

post syllabam ultimam vel anapaestus excidit vel creticus.

Ex poetis Alexandrinis pauca exempla proferenda sunt:

Callimachvs carmen, cui titulus erat *Βράγχος*, totum pentametris choriambicis catalecticis constare voluit; cuius

---

[1]) Christ, die rhythmische Continuität der griechischen Chorgesänge (München 1878) p. 14 secundum *α* in *ἀσπίδα* productum esse opinatur totumque versum logaoedicis attribuit his verbis: 'wie sich denn in der That mehrere choriambische Verse ganz deutlich als synkopirte Logaoeden kundgeben, z. B. *ἀσπίδα κτλ.*

– ⏑ – ⏑̄ | – ⏑ ⏑ ⊔ | – ⏑ ⏑ – ⏑ | – –'.

Eodem modo idem Anacreontis fr. 22 tractandum esse arbitratur. At nisi quis omnes choriambos generi logaoedico attribuendos esse censeat, Christius vix inveniet qui sibi adstipuletur.

[2]) Westphal II [2] p. 765.

[3]) Westphal II [2] p. 765.

hic servatus est versus primus (cf. editionis Schneiderianae tom. II fr. 36):

Δαίμονες εὐυμνότατοι, Φοῖβέ τε καὶ Ζεῦ, Διδύμων γενάρχαι

– ⏑⏑ –, – ⏑⏑ –, – ⏑⏑ –, – ⏑⏑ –, ⏑ – –.

Simmias in carminibus figuratis, quae inscribuntur *αἱ πτέρυγες Ἔρωτος* et *ὁ πέλεκυς*, choriambis usus est ita, ut non immisceret dipodias iambicas nisi in versuum clausula, quam constanter effici voluit dipodia iambica catalectica: itaque satis erit e. g. Alarum versum longissimum laudare:

Λεῦσσέ με τὸν Γᾶς τε βαθυστέρνου ἄνακτ' Ἀκμονίδαν τ' ἄλλυδις ἑδράσαντα

– ⏑⏑ –, – ⏑⏑ –, – ⏑⏑ –, – ⏑⏑ –, – ⏑⏑ –, ⏑ – ⏑̄

id est hexametrum choriambicum catalecticum, a quo poeta per pentametrum tetrametrum trimetrum dimetrum ad hunc descendit versiculum:

δι' αἴθρας

⏑ – –

id est ad dipodiam iambicam catalecticam.

Philisci servati sunt versus hi:

Τῇ χθονίῃ μυστικὰ Δήμητρί τε καὶ Περσεφόνῃ καὶ Κλυμένῳ τὰ δῶρα

et

Καινογραφοῦς συνθέσεως τῆς Φιλίκου, γραμματικοί, δῶρα φέρω πρὸς ὑμᾶς.

– ⏑⏑ –, – ⏑⏑ –, – ⏑⏑ –, – ⏑⏑ –, – ⏑⏑ –, – ⏑ ⏓.

Accidit in paucis ex Anacreonteis, quae appendicis loco adiecta sunt Anthologiae Palatinae, ut hemiiambis, si codici fides habenda est, immiscerentur choriambi. Confer carmen 37 (codicis Palatini numeros servo):

[Φιλῶ γέροντα τερπνόν,
φιλῶ νέον χορευτήν·]
ἂν δ' ὁ γέρων χορεύῃ,
[τρίχας γέρων μέν ἐστιν,]
τὰς δὲ φρένας νεάζει.

⏑ – ⏑ –, ⏑ – ⏓
⏑ – ⏑ –, ⏑ – –
– ⏑⏑ –, ⏑ – –
⏑ – ⏑ –, ⏑ – ⏓
– ⏑⏑ –, ⏑ – – an – – ⏑ –, ⏑ – –.

Difficilius iudicium est de carminibus 45 et 49, quae librariorum neglegentia deformata esse videntur.

Etiam maior est numerus stropharum ex poetarum TRAGICORUM et COMICORUM fabulis petitarum, quae diiambi loco choriambum admissum habent. Nam ut omittam duas illas strophas, quarum metrum valde dubites num numero ascendenti aptum sit:

Aesch. Prom. 545—552 = 553—560 [1]) et
Aesch. Pers. 633—639 = 640—647 [2]),

nec non Aesch. Eum. 381 —388 = 389—396,[3]) tamen haec certa exempla proferenda sunt:

Primo loco commemorandi sunt AESCHYLI Agamemnonis versus 445—451 = 464—470:

στένουσι δ' εὖ λέγοντες ἄν-
δρα τὸν μὲν ὡς μάχης ἴδρις,
τὸν δ' ἐν φοναῖς καλῶς πεσόντ'
ἀλλοτρίας διαὶ γυναι-
κός. τάδε σῖγά τις βαΰ-
ζει. φθονερὸν δ' ὑπ' ἄλγος ἕρ-
πει προδίκοις Ἀτρείδαις.

⏑ – ⏑ –, ⏑ – ⏑ –,
⏑ – ⏑ –, ⏑ – ⏑ –,
– – ⏑ –, ⏑ – ⏑ –,
– ⏑ ⏑ –, ⏑ – ⏑ –,
– ⏑ ⏑ –, ⏑ – ⏑ –,
– ⏑ ⏑ –, ⏑ – ⏑ –,
– ⏑ ⏑ –, ⏑ – ⏑̲ [4]),

in quibus choriambi dipodiis iambicis puris admixti leguntur.

[1]) Christ, Metrik der Griechen und Römer² p. 568 metrum versus 551 = 560 dactylo-trochaicum esse vult. Conradt, die Abtheilung lyrischer Verse im griechischen Drama etc. I (Berolini 1879) p. 145 metrum logaoedicum mavult.

[2]) Logaoedicam hanc stropham appellat Westphal II² p. 833. Cf. etiam Conradt, lyr. Verse, p. 129; Bernhardi, de tones in mediis syncopatis usu Aeschyleo (Progr. Chemnitz. 1879) p. 16; J. H. Heinr. Schmidt, die Eurhythmie in den Chorgesängen der Griechen (Leipzig 1868) p. 356.

[3]) Huius strophae duo versus ultimi in unum coniungendi mihi videntur.

[4]) Aliam metri formam malunt Christ, Metrik¹ p. 553, qui glyconeos statuit, similiter idem: die Continuität etc. p. 55; Westphal II² p. 523

Praeter hanc nullam deprehendi in Aeschyli fabulis stropham, in qua choriambus cum iambicis dipodiis integris consociaretur. Multa autem extant exempla, quibus aliis versibus intermixti sunt choriambi, quorum tamen partem pro logaoedicis dipodiis catalecticis haberi posse concedendum est. Notavi hosce:

suppl. 538—546 = 547—555.

[παλαιὸν δ' εἰς ἴχνος· μετέσταν
ματέρος ἀνθονόμους ἐπωπάς,
λειμῶνα βούχιλον, ἔνθεν Ἰὼ
οἴστρῳ ἐρεσσομένα
φεύγει ἁμαρτίνοος,
πολλὰ βροτῶν διαμειβομένα]
φῦλα, διχῇ δ' ἀντίπορον 544.
γαῖαν ἐν αἴσᾳ διατέμνουσα πόρον κυματίαν ὁρίζει·

Exit igitur haec stropha logaoedica in hos versus:

– ∪ ∪ –, – ∪ ∪ –,
– ∪ ∪ –, – ∪ ∪ –, – ∪ ∪ –, – ∪ ∪ –, ∪ – –,

quos Westphalius II² p. 831 et Christius ² p. 466 choriambicos i. e. logaoedicos esse volunt.

Hos quoque versus

Agam. 770—771 = 780—781

θράσος μελαίνας μελάθροισιν Ἄτας,
εἰδομέναν τοκεῦσιν

∪ – ∪ –, – ∪ ∪ –, ∪ – ⏓
– ∪ ∪ –, ∪ – ⏓

Westphal,[1]) J. H. Heinr. Schmidt,[2]) Bernhardi [3]) logaoedicos vocant, quamvis choriambos ascendentes statuere vix minore iure liceat, cum praesertim iambi praecedere videantur.

Agam. 437, 7—9 ionicos ordines iambicis admixtos esse putat. Hermannus, Enger, J. H. H. Schmidt ionicos refractos subesse suspicantur, Bernhardi (de tones usu p. 21) glyconeos. At verisimile non est in tam parvo systemate descendentes versus cum iambicis et ionicis dipodiis esse mixtos.

[1]) Metrik II² p. 533.

[2]) Eurhythmie p. 175.

[3]) De tones usu p. 13.

Inter versus ex iambis maximam partem compositos choriambus pro diiambo legitur

Choeph. 42—53 = 54—65:

[τοιάνδε χάριν ἀχάριτον ἀπότροπον κακῶν,
ἰὼ γαῖα μαῖα, μωμένα μ' ἰάλλει
δύσθεος γυνά· φοβοῦμαι δ' ἔπος τόδ' ἐκβαλεῖν.
τί γὰρ λύτρον πεσόντος αἵματος πέδοι;
ἰὼ πάνοιζυς ἑστία,
ἰὼ κατασκαφαὶ δόμων.
ἀνήλιοι βροτοστυγεῖς]
δνόφοι καλύπτουσι δόμους
[δεσποτῶν θανάτοισι.]

cuius strophae versus 52 = 64 a Westphalio[1]) et Bernhardio[2]) aeque atque versus ultimus logaoedicus nominatur.

Eum. 550—557 = 558—565.

[ἑκὼν δ' ἀνάγκας ἄτερ δίκαιος ὢν οὐκ ἄνολβος ἔσται,
Usu autem verborum auctorem argumentorum poetas vetustos plerumque secutum esse dicendum est exceptis nonnullis formis ut ὀπτάνεται quae temporum Alexandrinorum sunt, ut supra demonstravi. Saepe constituere possumus, ut Wagner perscrutatus est, hunc auctorem genere dicendi Menandreo procul non esse ut iam usus verbi σκατοφάγος demonstrat, itemque illum secutum esse Menandrum, qui certorum verborum exitui versuum indendorum studiosus est. Quibus ex rebus equidem concludi posse nego ea, quae Wagner conclusit argumenta ab Aristophane Byzantio, cui pleraque sunt ascripta in codicibus, non abiudicanda esse, quod ille vir doctus Menandream artem optime cognovisset[1]). Qua re mihi id solum affirmari videtur, quod iam examinatione metri invenimus haec argumenta tem-

[1]) De Aristophane Byzantio auctore paulo infra plura dicam.

poribus Alexandrinis esse attribuenda. Nam neque in metro, neque in sermone in quidquam incidimus, quod abhorreret ab illis temporibus. Ergo hoc unum omnino vix in dubium revocari potest, quin haec argumenta temporibus Alexandrinis orta sint. Cui autem saeculo attribuenda sint, non pro certo statui potest. Sed equidem altero potius quam primo a. Chr. n. ea facta esse credam.

Habetis meum iudicium de aetate et indole argumentorum metricorum, quae ad Aristophanis fabulas exstant. Sed priusquam de eorum origine disputemus, nonnulla nobis dicenda sunt de ceteris argumentis metricis, quae exstant ad Menandri fabulam, quae inscribitur Ἥρως, ad Sophoclis Philoctetam et Oedipoda Regem.

Ac primum quidem de Herois Menandri argumento agam nuper a Lefeburio edito[1]).

Ἄρρεν τε θῆλύ θ' ἅμα τεκοῦσα παρθένος
ἔδωκεν ἐπιτρόπῳ τρέφειν· εἶθ' ὕστερον
ἔγημε τὸν φθείραντα. Ταῦτα δ' ὑπέθετο
ὁ τρέφων πρὸς αὐτὸν ἀγνοῶν. Θεράπων δέ τις
ἐνέπεσεν εἰς ἔρωτα τῆς νεάνιδος,
ὁμόδουλον εἶναι διαλαβών. Γείτων δέ τις
προηδικήκει μετὰ βίας τὴν μείρακα.
τὴν αἰτίαν ἐφ' ἑαυτὸν ὁ θεράπων στρέφειν
ἐβούλετ'. οὐκ εἰδυῖα δ' ἡ μήτηρ ἄγαν
ἐδυσχέραινε. καταφανῶν δὲ γενομένων,
εὗρεν μὲν ὁ γέρων τοὺς ἑαυτοῦ γνωρίσας,
ὁ δ' ἠδικηκὼς ἔλαβε τὴν κόρην θέλων.

Duobus locis textum mutavi.

1) Versus est traditus sic:

ἄρρεν τεκοῦσα παρθένος θῆλύ θ' ἅμα

quae verba teneri non possunt, quod quinta in arsi sylla-

---

[1]) Fragments d'un manuscrit de Ménandre, découverts et publiés par M. Gustave Lefèbvre, Le Caire 1907.

bam longam poscimus. Wilamowitz locum optime et facillime sanavit ordine verborum mutato et particula τε textui inserta, ut versus legatur hoc modo:

ἄρρεν τε θῆλύ θ' ἅμα τεκοῦσα παρθένος,

2) Optime nonnulli homines docti scribunt ἐπιτρόπῳ pro ἐπὶ τροφῷ, quae medela perspicua est.

Nunc pauca de metro huius argumenti. Auctor imitatur trimetrum comicum; nam primum tribrachi investigantur: prima in sede (v. 5), secunda in sede (v. 2, 11), tertia in sede ([v. 1], 10), quarta in sede (v. 8), quinta in sede (v. 3, 10), eique omnes recte compositi; deinde dactyli tertia in sede (v. 6, 7, 12) omnes in caesura; tum anapaesti: prima in sede (v. 4, 6), tertia in sede (v. 8), quinta in sede (v. 4); etiam in compositione anapaestorum extra licentiam poetarum comicorum didacticorumque non egreditur hic auctor. Caesurarum autem inveniuntur septies semiquinaria (v. 1, 4, 6, 7, 10, 11, 12), quater semiseptenaria (v. 3, 5, 8, 9), semel diaeresis medio in versu (v. 2); binos trisyllabos pedes videmus in versibus 4 (duos anapaestos), 6 (anapaestum et dactylum), 8 (anapaestum et tribrachum), 10 (duos tribrachos). Quibus ex rebus elucet hoc argumentum non distare ab illis fabularum Aristophanearum. Quamquam paulo melius hic auctor rem egit, tamen in nonnullis erravit. Ac primum quidem contra usum Atticum ὑπέθετο scripsit pro ὑπέθηκε (v. 3), tum ex Davi narratione v. 32 sqq. elucet geminos omnino non a Tibio patri pignori datos esse.

Non praetermittam omnia argumenta, quae Sulpicius Apollinaris Terenti comoediis praemisit, eundem versuum numerum praebere quem hoc Herois Menandrei.

Videte iam porro illa duo argumenta, quae sunt ficta ad tragoedias Sophoclis. Ordiar ab argumento Philoctetae, quod eius quoque metrum congruit cum argumentis metricis supra tractatis.

Χρύσης Ἀθηνᾶς βωμὸν ἐπικεχωσμένον,
ἐφ' οὗπερ Ἀχαιοῖς χρησθὲν ἦν θῦσαι, μόνος
Ποίαντος ᾔδει παῖς ποθ' Ἡρακλεῖ ξυνών,
ζητῶν δὲ τοῦτον ναυβάτῃ δεῖξαι στόλῳ
πληγεὶς ὑπ' ἔχεως, ἐλίπετ' ἐν Λήμνῳ νοσῶν.
Ἕλενος δ' Ἀχαιοῖς εἶφ' ἁλώσεσθ' Ἴλιον
τοῖς Ἡρακλέους τόξοισι παιδί τ' Ἀχιλλέως.
Τὰ τόξ' ὑπῆρχε παρὰ Φιλοκτήτῃ μόνῳ.
Πεμφθεὶς δ' Ὀδυσσεὺς ἀμφοτέρους συνήγαγεν.

Quod argumentum in optimo codice Laurentiano saeculi undecimi scriptum videmus. De metro autem huius argumenti monendum est omnes pedes trisyllabos, qui iambi loco poni possunt, secundum leges supra allatas inveniri, ut tribrachos secunda in sede (v. 5), tertia in sede (v. 8), quarta in sede (v. 1); ut dactylum tertia in sede (v. 5); ut anapaestos prima in sede (v. 6), altera in sede (v. 2, 7), quarta in sede (v. 9) eosque omnes in nominibus propriis exceptis anapaestis quinta in sede versus 7, quo tamen loco anapaestus sic ⏑|⏑ –́ partitus nomine proprio, quod sequitur, excusatur, et quarta in sede versus 9, qui anapaestus una e voce compositus est. Bis autem apparent duo trisyllabi pedes uno in versu coniuncti (v. 5 tribrachus et dactylus; v. 7 duo anapaesti). In caesuris quoque nihil inusitati inest (octies semiquinaria (v. 1, 2, 3, 4, 5, 6, 8, 9), semel semiseptenaria (v. 7) invenitur).

At argumentum Oedipodis Regis, de quo extremo loco nunc disputabimus, unum metro a ceteris argumentis metricis abhorret.

Λιπὼν Κόρινθον Οἰδίπους, πατρὸς νόθος
πρὸς τῶν ἁπάντων λοιδορούμενος ξένος,
ἦλθεν πυθέσθαι Πυθικῶν θεσπισμάτων,
ζητῶν ἑαυτὸν καὶ γένους φυτοσπόρον.
εὑρὼν δὲ τλήμων ἐν στεναῖς ἁμαξιτοῖς,

ἀκὼν ἔπεφνε Λάϊον γεννήτορα.
Σφιγγὸς δὲ δεινῆς θανάσιμον λύσας μέλος
ἤσχυνε μητρὸς ἀγνοουμένης λέχος.
λοιμὸς δὲ Θήβας εἷλε καὶ νόσος μακρά.
Κρέων δὲ πεμφθεὶς Δελφικὴν πρὸς ἑστίαν,
ὅπως πύθηται τοῦ κακοῦ παυστήριον,
ἤκουσε φωνῆς μαντικῆς θεοῦ πάρα
τὸν Λαΐειον ἐκδικηθῆναι φόνον.
ὅθεν μαθὼν ἑαυτὸν Οἰδίπους τάλας
διssὰς τε χερσὶν ἐξανάλωσεν κόρας,
αὐτὴ δὲ μήτηρ ἀγχόναις διώλετο·

Ac primum quidem de textu recensendo pauca afferam.

11) Vulgo legitur πύθηται, quod Brunck corrigere voluit in πύθοιτο memorans in apographo aliquo a prima manu scriptum esse πύθοιται. Sed πύθηται etiam post verbum historici quod dicunt temporis ἤκουσε πεμφθείς nullo modo offendere potest, cum non raro in enuntiatis finalibus tempora historica modus coniunctivus sequatur.

15) διssαῖσι χερσίν L., quod satis inepte dicta esse concedo. Itaque iam Brunck e fabulae versu 1268 et ex Euripidis Phoenissarum versu 59 haec verba mutavit in πόρπαισι διssάς. Sed equidem coniecturam Elmslei accipio et scribo διssάς τε χερσίν, quae propius abest a litteris traditis.

Si quis de metro huius argumenti quaerat, admiretur, quod ubique iambi integri inveniuntur excepto versus 7 pede tertio, ubi dactylus positus est iambi loco, quod tamen offensioni non est, cum ille locus caesura divisus sit[1]). Caesurae quoque in argumento Oedipodis Regis ex more tragicorum poetarum apparent; omnibus enim in versibus exstat semiquinaria caesura, quam tragici poetae creberrimam adhibent, excepto versu 14, qui caesura semiseptenaria bipartitus est. Item genus dicendi, quod

[1]) Quem dactylum δει|νῆς θανά|σιμον delere nonnulli viri docti voluerunt scribentes θνήσιμον, quod verbum omnino non exstat.

est in hoc argumento minus neglegens atque simplex, di stat ab ceteris argumentis. At dixerit quispiam auctorem artem metricam tragicorum poetarum esse secutum, quod materia tragica breviter ei narranda esset, et auctores argumentorum metricorum semper in metro componendo eos secutos esse, ad quorum opera argumenta fingerent. Sed obstat argumentum Philoctetae. Mea quidem sententia de hac re certo iudicari non potest, quod tam pauca argumenta tragoediarum servata sunt.

Age nunc videamus, quod genus dicendi in argumentis, quae exstant ad Menandri Heroa et ad Sophoclis Philoctetam, usurpatum sit. Plurimae sententiae coniunctionibus inter se non sunt conexae, quod genus dicendi Graece λέξις εἰρομένη nominatur; imprimis vide argumentum Menandreae fabulae. Quamquam autem in his non tam neglegenter presseque quam in argumentis Aristophanearum fabularum res narrantur, tamen satis exiliter sunt ficta. Sermo est vulgaris temporum Alexandrinorum. Quod dicendi genus omnes argumentorum auctores vel ob eam causam coluisse videntur, ut argumenta quasi tituti fabularum praefationesve a discipulis facilius ediscerentur. Argumenta Sophoclis Menandrique eidem fere aetati deberi atque Aristophanis satis certum est[1]).

II. De origine.

Quoniam de indole atque aetate argumentorum metricorum fuse disputavimus, iam quod est summi momenti, de eorum origine quaerendum est. Ac primum quidem de auctoribus nonnulla mihi esse disserenda existimo. Octo

[1]) Menandri argumentum servatum est in codice, quem viri docti quarto vel quinto saeculo tribuunt (cf. Pal. Soc. Part. VI, Pl. 127), ergo nullo modo in tempora Byzantina relegari potest.

argumenta Aristophanearum fabularum[1]) et argumentum Oedipodis Regis habent tituli loco Ἀριστοφάνους nomen inscriptum verbo γραμματικοῦ nonnullis apposito. Pluti et Ranarum argumenta in codice R inscribuntur, ut exemplum afferam: Ἀριστοφάνους ὑπόθεσις Πλούτου[2]); Acharnensium argumentum: ὑπόθεσις Ἀριστοφάνους; Ranarum et Vesparum in codice V: ὑπόθεσις βατράχων Ἀριστοφάνους; Vesp. in R, Av. Equ. Pac. Oedip. Reg. argumenta: Ἀριστοφάνους γραμματικοῦ ὑπόθεσις ἱππέων, ut exemplum afferam. Ergo tantum quattuor argumenta habent tituli loco Ἀριστοφάνους γραμματικοῦ. Equidem autem illis viris doctis assentiar, qui haec argumenta ab ingenio Aristophanis Byzantii alienissima esse putant; nam ieiuna argumenti expositio, ut Nauck ait, vix dignam praebebat studiis Aristophanis Byzantii occupationem. Schneidewin autem l. c. p. 35 disserit de hac re haec: „Aristophanis elegans doctrina verborum nitore commendabilis cum reliquis omnibus, qui in eodem opere elaboravissent, longe praestaret, factum videtur, ut ad principem τῶν ὑποθεσιογράφων vel ea referrentur, quae ab illo essent alienissima. Nam nisi quis id, quod non incredibile est, forti casuique tribuet, ut Aristophanis nomen non argumentis ἀμέτροις, quibus deberet, sed τοῖς ἐμμέτροις praefigeretur: nihil restat, nisi ut statuamus propter insignem famam, quam Aristophanes ista opera sibi conciliasset, nomen eius paene θετικόν τι in hypothesibus omnis generis evasisse." Fortasse res ita explanari potest, ut iam Groebl fecit, ut suspicemur nomine Aristophanis in inscriptionibus olim indicari poetam et hac inscriptione falso lecta nomen Aristophanis grammatici Byzantini in haec argumenta irrepsisse, praesertim cum vox γραμματικοῦ in plerisque argumentis non apposita sit. Conferte quaeso inscriptiones Ranarum et Vesparum, quas in codice R scriptas videmus,

[1]) Ach. Equ. Vesp. Pac. Av. Ran. Eccl. Plut.

[2]) Inscriptiones in codicibus plerumque sunt notatae ut $\overset{\pi}{\upsilon}$ βατρᾶ (with γ written above the final letter).

ὑπόθεσις βατράχων Ἀριστοφάνους. Cui rei argumentum Oedipodis Regis, quod ipsum quoque tituli loco nomen Ἀριστοφάνους γραμματικοῦ habet repugnare videtur. Sed hic titulus nonne posterioribus temporibus exemplo ceterorum argumentorum et ex illis causis, quas Schneidewin attulit, additus esse potest? Sane puto. Nunc manendum in eo, ut ab Aristophane grammatico illas hypotheses aridas procul habeamus.

Breviter sententiam Wagneri astringam, qui omnia argumenta, quae ad fabulas Aristophaneas exstant etiam ea, quae titulo Aristophanis carent, a crimine νοθείας liberare vult. At mea quidem sententia causae quas Wagner l. c. affert, omni certo fundamento carent. Quod enim saepe in arte metrica inprimis in clausulis versuum auctor argumentorum metricorum consentiat cum Menandro, et quod Aristophanes Byzantius plurimi aestimaverit Menandrum, et quod dictionis quoque Menandreae similia in his argumentis inveniantur, eo demonstrari argumenta genuina esse Aristophanis Byzantii putat Wagner. Grammaticum autem illum pro puero quodam quem historia litterarum docuerit, illa argumenta finxisse ediscendi causa puerili genere dicendi idem concludit. Ut hanc sententiam fulciat, admonet de opere Niebuhri, quod inscribitur „Griechische Heroengeschichten von B. G. Niebuhr, an seinen Sohn erzählt". At primum Wagnerum non recte fecisse arbitror, quod illud opus Niebuhri cum his argumentis comparat. Nam ea, quae illo opere Niebuhri continentur, alienissima sunt ab iis, quae his argumentis continentur. Fabulas heroicas parvolis pueris pueriliter narrare solemus, qua ex re stilus ille Niebuhri intellegi potest. Sed longe aliud est ea, quae comoediis continentur, pueris narrare. Praeterea equidem non puto temporibus Alexandrinis pueros in schola iam a primis temporibus aetatis, quibus solis dictio puerilis fortasse in docendis pueris magistro digna est, in comoediis occupatos esse. Ergo nihil demonstravit Wagner nisi ex-

tare similitudines quasdam argumentorum cum Menandro; id quod nemo mirabitur in eo auctore, qui argumenta ad comoedias fingit. De auctoribus igitur horum argumentorum nil nisi hoc dici potest eos temporibus Alexandrinis vel, ut definite dicam, Ptolemaicis vixisse; qui autem fuerint, scire non possumus neque magni interest scire.

Attamen illa disquisitione de aetate et indole argumentorum metricorum etiam originem illustrari puto. Quam ad quaestionem diiudicandam quibusdam papyris in vico Aegyptiaco, qui dicitur Ghorân, paucos ante annos repertis adiuvamur. Illas autem papyros edidit P. Jouguet in ephemeride Francogallica „Bulletin de correspondance Hellénique" t. 30 (1906) p. 103 sqq. Secunda enim papyrus habet scriptos in averso duos prologos satis miros, e quibus novam lucem affluere argumentis metricis credam. Itaque maxime mea interest quaestione de argumentis ipsis metricis intermissa illos prologos accurate diligenterque examinare.

Atque illa papyrus personae mortuae arte conditae erat. Quattuor sunt laciniae voluminis, quae facile conecti possunt et quarum textus in plagulas viginti septem versuum divisus est. Ex iis autem, quae in illo fragmento legi et cognosci possunt, illo volumine comoediam quandam contineri videmus[1]). Quo autem fere tempore illud volumen sit scriptum, primum ex iis papyris concludi potest, quae in mortua insuper inventae sunt; pertinent enim ad Ptolemaeum Philadelphum. Elucet igitur hanc papyrum temporibus Ptolemaicis iisque prioribus esse attribuendam. Idem probant formae vetustiores litterarum N, ɔ, o, θ, Π, quae non ita longe absunt a scriptura titulorum lapidi incisorum; nec minus bene ad illam aetatem quadrat orthographia, de qua paulo infra fusius agetur. Ergo ne longius provehar, tex-

[1]) De comoediae indole atque aetate nuper egit A. Koerte, Hermes 1908.

tus comoediae fere anno 200 ante Christum natum scriptus est.

Iam nova quaestio exsistit de aetate prologorum duorum, qui in parte aversa scripti sunt a duobus scribis, quorum neuter scripsit textum comoediae. Etsi manum prioris prologi magis cum comoediae scriptura congruere Iouguet adnotat, tamen vel e forma litterae Ⲁ elucere mihi videtur manus esse diversas. Illos textus misere laceratos summatim bene restituisse Blass mihi videtur atque recte declaravisse iis prologos comoediarum contineri[1]). Sed si prologos multo posteriores esse textu adversi neque eundem auctorem habere ac fragmentum comoediae Blass et Iouguet dicunt, non plane eis assentiar.

Primum textum prologorum affero:

Prologus primus:

Ἔρως [Ἀφρο]δίτης υἱὸς ἐπιεικὴς [ν]έος
νέος ἐ[πιεικ]ὴς υἱὸς Ἀφροδίτης Ἔ[ρως]
ἐλήλυθ[α ἀ]γγελῶν τοιοῦτο πρᾶγμά τι,
πρᾶγμ[ά] τι τοιοῦτον [ἀγ]γελῶν [ἐλ]ήλυθα
κατὰ τ[ὴ]ν Ἰωνίαν πάλαι γεγεν[ημ]έ[νον,
γεγ]ενημένον πάλαι κατὰ τὴν [Ἰων]ίαν.
κόρ]ην νεανίσκος [ν]έαν Τροιζ[ηνία]ν,
Τροιζηνίαν [νέαν νε]αν[ίσκος κόρην
ἐπρίατο [ἐρασθε]ὶς [εὔπορος πωλουμένην]
πωλουμένην εὔπορ[ο]ς ἐ[ρασθεὶς ἐπρ]ία[το.
Τ]ροιζήνιος γεγε[νη]μ[ένος κατὰ τοὺς νόμους]
κατὰ τοὺς [ν]όμους γεγενημένος Τροιζήνιος,
ἔχων γυναῖ[κα] κατε[βίω· τὸ τέρμα ἔχεις·]
ἔχεις τὸ τέρμα· κατ[ε]β[ίω γυναῖκα ἔχων.

---

[1]) Blass admonet de papyro Eudoxi saeculi secundi a. Chr. n., quo ipso quoque averso parvum carmen, quod vocatur ἀκροστιχίς, legitur tituli aut praefationis loco.

Prologus alter:

ἱερὸς ὁ δῆμος· ἡ λέγους' ἐγὼ Κ[ύ]πρις
ἐν τῶι τόπωι δὴ τῶιδε δι' ἐμοῦ π[ρᾶγμά τι
γεγονός, δι' ἧς ἅπαντα γίνεται κα[λά
ἥκω φράσουσα δεῦρο· τοῦ δὲ μὴ δοκεῖν
ἡμᾶς ἀγυμνάστως ἔχειμ ποιητ[ικ]ῆ[ς,
ἅμα μὲν τὸ πρᾶγμα [ἐ]ροῦμεν, ἅμα δὲ [παιγνίωι
χρησόμεθα. τῶν ἐπῶγ γάρ, ὧμ μέλλομ[εν ἐρεῖν
ἕκαστον ἀπὸ τῶγ γραμμάτων ῥ[ηθήσεται
ἃ δ⟨ὴ⟩ νόμωι στοιχεῖα προσαγορεύομεν,
ἓν ἀφ' ἑνὸ[σ ἑ]ξῆς κατὰ φύσ[ιγ] γεγραμμ[ένα
ἀκόλουθα καὶ σύμφωνα, [δι]ατρ[ι]βὴ[ν] δ[ὲ μὴ
ἔχωμεν, ἀπὸ τοῦ δ' ἄλφα π[ρ]ῶ[το]ν ἄ[ρ]ξο[μαι.
Αὐτῶν ἑταῖροι φ[ῶ]ς τ[ε καὶ παραψυχή
Βίου] τιν[ὲς μ]ισθωσά[μ]ε[νο]ι
Γ] ἠκούσ[α]τ[ε
Δ]
Ε]
κ. τ. λ.

Si scripturam spectamus, in utroque prologo formam litterae Ⲁ notabimus, cuius hasta media fracta est. Hanc formam iam in papyro Chrysippi, quae saeculi tertii a. Chr. n. est, interdum invenimus; cf. quae dicit Blass in libro suo de palaeographia[1]). Exemplum aliud eiusdem formae exstat in papyro Euripidis Antiopae, quae fere anno 245 a. Chr. n. orta est[2]). Hac igitur forma non cogimur ad recentiora tempora prologos relegare. Insunt autem alia, quae longum temporis spatium inter aversi et adversi scripturam interponere vetant. Ut minora omittam, vel forma vetusta Π commovemur, ut hanc papyrum prioribus temporibus Ptole-

1) Iw. Müllers Handbuch I. p. 306.
2) Mahaffy, Cunningham Memoirs t. 8. 9. p. 28 sqq.

maicis attribuamus. Etiam plus lucri ex orthographia nobis accedit. In secundo enim prologo ut in papyro adversa, littera ν finalis assimilata est litterae sequenti vel labiali vel gutturali (v. 5: ἔχειμ ποιητικῆς; v. 7: ἐπῶγ γάρ; ὦμ μέλλομεν; v. 8: τῶγ γραμμάτων). Primo in prologo hanc assimilationem non invenimus, quamquam occasio litterarum assimilandarum erat data, ut v. 13 ἔχων γυναῖκα. Mayser l. c. p. 23 tabellis demonstrat litteram ν finalem labiali sequenti saepe saeculo tertio a. Chr. n. assimilari, secundo autem saeculo assimilationem multo rarius investigari; sed sequenti gutturali assimilari in papyris non nisi saeculo tertio[1]). Vide, quaeso, tabellam Mayseri:

ν wird	vor Labialen		vor Gutturalen	
	assim.	nicht assim.	assim.	nicht assim.
im 3. Jahrh. v. Chr.	53	216	15	136
Verhältnis	1 : 4		1 : 9	
im 2. Jahrh. v. Chr.	10	110	0	80
	1 : 11		0 : 80	

Sed quod saepissime, quibus in papyris opera vetusta scripta videmus, orthographia vetusta longius servatur, ut in papyris Euripidis Antiopae et Eudoxi saeculi tertii et secundi a. Chr. n., non pertinet ad hunc prologum, quod non vetustissimi auctoris est. Itaque putandum non est orthographiam ex exemplo quolibet antiquo esse translatam. Orthographia ergo certissimo testimonio demonstrari puto illam papyrum saeculo tertio exeunte vel secundo ineunte a. Chr. n. esse scriptam, praesertim cum prologum secundum, qui illam orthographiam scripturamque imprimis ostendit,

[1]) cf. etiam, quae de eadem re Meisterhans ex inscriptionibus Atticis reclusit (Grammatik der alt-attischen Inschriften p. 85).

postremum esse scriptum certissimum sit. Quibus de causis Blassii et Iouguetii sententiam esse refellendam existimo. Certum esse mihi videtur illos prologos non multo posteriores esse textu chartae adversae.

Sed reliquum est, ut quaeramus, quae res illis prologis contineantur et quo metro componantur. Ac primum quidem de prologo primo agamus. Eros, filius Veneris, prologum pronuntians fingitur: Se venisse ad fabulam nuntiandam, quae antiquis temporibus in Ionia sit facta; iuvenem divitem amore inductum puellam Troezeniam emisse et in matrimonium duxisse, postquam ipse civis Troezenius factus sit. Sed haec exilis narratio tam absurde est porrecta, ut omnia verba uniuscuiusque versus semper ratione retrograda in versu sequenti repetantur. Quibus de versibus anacyclicis qui dicuntur in epimetro huius commentarii disputabo. Illud artificium nemo assequi potest, quin elocutione simplici ac paene puerili utatur. Non casu igitur fit, quod sermo prologi mirum in modum congruit cum versibus quibusdam, quos auctor ad Herennium ad pravum narrationis morem illustrandum profert I, 9, 14:

„Athenis Megaram vesperi advenit Simo.
Ubi advenit Megaram, insidias fecit virgini.
Insidias postquam fecit, vim in loco attulit.“

Hos versus ex comoediae argumento sumptos esse iam Eduardus Norden (Antike Kunstprosa I, p. 37 adn.) felici acumine suspicatus est. Cognovit idem initiales versuum litteras exhibere syllabas Avi-, ita ut fabulae titulus per acrostichidem expressus Aviarius fingi posset[1]). Primo a. Chr. n. saeculo fabulis Romanis argumenta metrica eaque acrosticha praemissa esse iam nemo mirabitur.

Lusit autem auctor prologi Graeci in sonis quoque, nam consulto, si quid video, in v. 8 similes syllabas continuavit: Τροιζηνίαν νέαν νεανίσκος.

[1]) cf. Anaxilae Ὀρνιθοκόμους (C. A. F. II 272 K) et Nicostrati Ὀρνιθευτήν.

Atque haec hactenus. De metro autem huius prologi disserendum erit, si prologum alterum interpretati erimus. Cuius prologi initium difficile est intellectu, quod verba ἱερὸς ὁ δῆμος satis obscure sunt dicta. Croiset initio huius prologi talem fere versum praemittere vult:

Ὃν ἐνθάδ' ὁρᾶτε, Πάφιος οὗτος ἐστ' ἐμοῦ
ἱερὸς ὁ δῆμος.

Sed in charta nihil deesse manifestum est; ut omittam versum illum neque cum prologo priore neque cum fabulae reliquiis congruere. Coniectura primum versum sanare conatus est Henricus Weil, qui pro ἱερὸς ὁ δῆμος proposuit Ἵμερος ὅδ' οὑμός i. e. lingua vernacula: „Hier ist mein Himeros, diejenige, die spricht, bin ich, Kypris." Himerum enim esse comitem Veneris sempiternum admonet Weil. Sed mea quidem sententia coniecturae illorum virorum doctorum sunt supervacaneae. Equidem puto verbis ἱερὸς ὁ δῆμος eos, qui spectant aut legunt hanc comoediam, significari populum, qui sacer est deo Dionyso, sub cuius tutela et in cuius honorem fabulae aguntur. Similiter Pindarus significat certamina verbo ἱερά; cf. N. II, 4:

καὶ ὅδ' ἀνήρ
καταβολὰν ἱερῶν ἀγω-
νων νικαφορίας δέδεκται;

item N. VI, 59 et O. VIII, 64, ut indicet certamina deis esse sacra. Vocem autem ἱερός illa significatione in personas relatam invenimus in Aristophanis Ranarum v. 675 quo loco verbis χοροὶ ἱεροί chorus mysteriis initiatus significatur. Sed ex multis exemplis illa attulisse satis erit ad usum illum vocis ἱερός illustrandum. Meo quidem iudicio facile hoc loco subaudiri potest: ἱερὸς ὁ δῆμος ⟨διὰ τοῦτ' εὐφημεῖτε⟩. Ita enim saepe is, qui prologum pronuntiat, spectatores adhortatur, ut ex prologis Plautinis cognoscitur, cf. quaeso v. 3 prologi Poenuli Plautini, ubi legimus:

„Sileteque et tacete atque animum advortite;"

vel v. 15 prologi Amphitruonis.

Versum mutilatum 8 Blass supplevit ῥ[αψωδικῶς, sed mihi magis placet coniectura Koertii ῥηθήσεται, quod verbum optime ad praeeuntia futura ἐροῦμεν et χρησόμεθα quadrare mihi videtur.

Hoc quoque in prologo ludicra inveniuntur. Inde enim a versu 13 usque ad finem prologi ea, quae comoedia continentur per acrostichidem se narraturum esse poeta dicit. In acrostichide primae litterae singulorum versuum vim habent aliquam arcanam. Atque in nostro quidem prologo litterae initiales κατ' ἀλφάβητον dispositae erant. Lusum acrostichidis poetas Alexandrinos petere potuisse ex psalmis veteris testamenti, in quibus singularum stropharum primae litterae κατ' ἀλφάβητον dispositae sunt, Brunet de Presle l. c. p. 1—5 suo iure dicit. Acrostichis iam satis antiquis temporibus poetis usui fuerat; exemplum, quod nobis vetustissimum est servatum, exstat in carminibus Sibyllinis, quae tradita sunt in libro Phlegontis Trallensis, quae Diels „sibyllinische Blätter" (Berlin 1890) exeunti tertio aut ineunti secundo saeculo attribuit. Deinde eadem forma est fictum carmen quoddam saeculi secundi a. Chr. n., quod tituli loco commentario Eudoxi, qui dicitur, in papyro Parisiensi praemissum videmus. Maxime autem in epigrammatibus ἀκροστιχίς posterioribus temporibus usurpatur. Exempli causa nomino epigramma Catilii cuiusdam filii Nicanoris (Kaibel Epigr. Graec. ex lapidibus coll. 979), quod primis syllabis singulorum versuum nomen auctoris ΚΑ—ΤΙ—ΛΙ—ΟΥ—ΤΟΥ—ΚΑΙ—ΝΙ—ΚΑ—ΝΟ—ΡΟΣ nuntiat; quem fere Christi temporibus vixisse Letronne (inscriptions de l'Égypte II, p. 143) dicit; cf. epigrammata editionis Kaibelianae 149, 226, 726. Postea illa forma in argumentis comoediarum Plautinarum est adhibita, in quibus litterae primae singulorum versuum nomen fabulae nuntiant. Hic igitur prologus in numero vetustissimorum exemplorum acrostichidis est referendus.

Lusum illum tunc temporis nondum decantatum fuisse

vel ex eo cognoscitur, quod prologi poeta tot ambagibus lectorum animos praeparat.

De elocutione autem hoc unum moneo poetae non crimini vertendum esse, quod v. 4 ad genitivum infinitivi τοῦ δὲ μὴ δοκεῖν praepositionem ἕνεκα non addit. Huius enim usus satis multa exempla legimus in novis Menandri fragmentis; cf. Disceptantium v. 306:

ἃ δ' ἂν λέγῃ
προσομολογήσω τοῦ διαμαρτεῖν μηδὲ ἓν
προτέρα λέγους';

vel v. 310 eiusdem fabulae, vel v. 56 Circumtonsae:

καὶ συνηγμένοι
εἰς ταὐτόν εἰσιν οἱ συνήθεις τοῦ φέρειν
αὐτὸν τὸ πρᾶγμα ῥᾷον.

Versum 13 lacunosum Blass bene voce παραφυχή supplevisse mihi videtur; syllabam enim — φυ — vocis παραφυχή brevem esse demonstrat v. 280 Euripidis Hecubae, ubi ipso in exitu versus παραφυχή legimus:

ἥδ' ἀντὶ πολλῶν ἐστί μοι παραφυχή.

In versu sequenti forma verbi μισθοῦν vel μισθοῦσθαι inerat; cetera obscura sunt. Utrumque prologum pertinere ad comoediam in adverso scriptam manifestum est.

Nunc quaeramus, quae prologi de eis, quae comoedia continentur, nuntient. Primo in prologo satis aride tenuiterque res comoediae indicantur. Comperimus enim tantum adulescentem amore inductum emisse et deinde in matrimonium duxisse puellam Troezeniam. Secundus autem prologus de comoediae rebus nihil fere indicat, quod papyri pars, in qua argumentum scriptum erat, deleta est; tantum de quibusdam amicis admonemur ultimo versu qui servatus est. Iam ex partis adversae fragmentis in comoedia primas partes egisse adulescentem videmus nomine Phaidimum, qui maxima diffidentia in amicos suos est. Pater meretricem illi adulescenti eripuisse videtur, quam in matrimonium ducere voluerat. Ut iam Blass et

Iouguet censuerunt, ego quoque adulescentem, cuius in primo prologo mentio fit, illum Phaidimum esse et illam meretricem puellam Troezeniam huius prologi puto. At hoc fragmentum non comoediae Menandreae — Blass et Iouguet admonent de Ἀπίστῳ Menandri[1]) — esse Koerte in „Hermae" volumine XLIII, p. 38 sqq. suo iure mihi contendere videtur: Dictionem atque dicendi genus aliena esse ab arte Menandrea, quae plane eluceat ex fragmentis iam diutius cognitis Circumtonsae Adulatoris Agricolaeque, imprimis autem ex fragmentis nuper repertis; numquam in comoediis Menandreis sententias esse tam copiose et tamen aride dictas, ut in versibus 128 sqq. huius fragmenti, quibus de animo fallaci amicorum agatur, aut in versibus 136 sqq., quibus de vita amicitia carente sit sermo; etiam usu verborum auctorem huius fragmenti longe distare a Menandro. Ergo cum Koertio abiudicandum esse hoc fragmentum a Menandro arbitror. Quis fuerit auctor, statui non iam potest[2]). Nomen autem huius comoediae Koerte proponit Τροιζηνία, quod primo ex prologo bene eruisse mihi videtur. Nam poetae mediae atque novae comoediae quae vocantur saepe ex urbibus aut nationibus nomina comoediis imponunt; cf. mediae comoediae titulos ut Βοιωτίς, Ἐπιδαύριος Antiphanis, Σαμίαι Anaxandridis aut novae comoediae Περινθία, Μεσσηνία Menandri.

Sed nunc satis multa verba fecisse videor de aetate

[1]) Blass et Iouguet fragmentum illud, quod solum comoediae Menandreae, quae inscripta erat Ἄπιστος, nobis traditum est (Kock III, p. 21 frg. 64), ad fragmentum huius papyri bene quadrare putant. Qua de re meo iudicio ex illo fragmento a Kockio allato nihil concludi potest. Fragmentum audi:

φμην, εἰ τὸ χρυσίον λάβοι
ὁ γέρων θεράπαιναν εὐθὺς ἠγορασμένην
ἅβραν ἔσεσθαι.

[2]) Wilamowitz l. c. p. 35 admonet de poetis comicis Alexandriae florentibus, quorum nomina nobis sunt ignota excepto nomine Machonis, cuius Athenaeus bis (241 f. et 664 a) mentionem facit.

et indole prologorum, ut putem id, quod summi momenti est ad hanc totam quaestionem disceptandam, esse demonstratum hos prologos talibus artificiis ornatos et tum exiliter fictos numquam destinatos esse ad spectaculum. Wilamowitz non recte facere mihi videtur, quod l. c. hos prologos partem comoediae esse dicit. Sed posteriore loco ad hanc rem revertar.

Nunc pauca de arte metrica prologorum. Prioris prologi auctor in anapaestis adhibendis comicos didacticosque poetas secutus est. Nam anapaesti inveniuntur ter prima in sede (v. 5, 6, 12); semel altera in sede (v. 1); bis tertia in sede (v. 11, 12); semel quarta in sede (v. 6); bis quinta in sede (v. 5, 11). Qua ex re in primum pedem etiam in hoc prologo ut apud poetas comicos facilius quam in ceteros pedes admitti anapaestum videmus. Anapaesti una e voce compositi sunt hi: v. 1, 5, 6, 11, 12; duabus e vocibus arte cohaerentibus: v. 5, 6, 11, 12 Item auctor cum poetis comicis in dactylis tribrachisque usurpandis congruit. Dactylum enim investigamus v. 4 prima in sede, v. 10 tertia et quinta in sede. Semel (v. 4) dactyli syllabae breves divisae sunt inter duas voces, sed non contra legem, nam tertia dactyli syllaba est vocabulum monosyllabum encliticum. Tribrachi apparent bis prima in sede (v. 2, 9); bis tertia in sede (v. 13, 14); bis quarta in sede (v. 1, 2). Quorum compositio est eadem ac in argumentis metricis; in v. 2 νεὸς ἐ|πιεικής eundem tribrachum minus usitatum invenimus, quem in argumenti Pacis v. 4.

Alterius prologi metrum ad trimetrum tragicum propius accedit; nam inter quattuor anapaestos, qui hoc in prologo inveniuntur, tres prima in sede apparent (v. 3, 6, 11); quartus autem exstat quarta in sede (v. 14). Tribrachus autem eodem modo admissus est ac priore in prologo; invenitur enim quater quarta in sede (v. 2, 6, 9, 11), bis prima in sede (v. 1, 10), bis secunda in sede (v. 8, 12). Inter quos duo tribrachi sunt compositi e tribus vocibus (v. 2, 10); sed cum secunda syllaba sit praepositio, quae

artissime coniuncta est cum voce sequenti, illi tribrachi offensioni esse non possunt. Deinceps dactyli secundum legem nisi in imparibus sedibus non apparent. Coniunctio quoque metrorum est absoluta ac perfecta. Caesurarum autem semiseptenariam saepius inveniri (v. 2, 3, 4, 6, 9, 11, 12) notandum est.

Disquisitione igitur metrica prologorum illud affirmatur, quod iam ex eorum scriptura et orthographia statuimus, eos temporibus Ptolemaicis esse attribuendos iisque prioribus, quod posterioribus trimeter solutus rarius usui esse coepit.

Ut iam supra commemoravi, equidem cum Koertio[1]) nego hos prologos unquam pronuntiatos esse in theatro, ne hoc quidem Leoni concedam esse eos compositos ad novam fabulae actionem introducendam; non sunt veri prologi, id est pars comoediae, qua fabula introducitur. Quod iam ex ludicris artificiisque usurpatis intellegi potest, quae neutiquam apta erant ad pronuntiandum. Quid? Per se nonne intellegitur tales prologos non eiusdem auctoris esse ac fragmenta voluminis adversi? Tituli aut praefationis loco aversae parti voluminis postea inscripti sunt, alter post alterum a diversis ut scribis ita auctoribus. Mea quidem sententia hi prologi non longe distant ab illis argumentis, ne dicam, idem sunt quod argumenta metrica. Docent nos, quomodo illa argumenta sint orta. Nam illi prologi duas partes exhibent, quarum altera is, qui prologum pronuntiat, introducitur altera argumentum narratur.

Melius autem duae illae partes cognosci possunt in prologo quodam, quem Kaibel ex papyro Argentoratensi 53[2]), edidit, deinde Reitzenstein[3]), tum Henricus Weil[4]) tractarunt.

---

[1]) Verhandlung d. 49. Versammlung deutscher Philologen und Schulmänner in Basel 1907 p. 44 et Hermes XLIII p. 38 sqq.

[2]) Nachrichten der Göttinger Gesellschaft der Wissenschaft 1899 p. 549 sqq.

[3]) „Hermes“ 35 (1900) p. 622.

[4]) Études de littérature et de rythmique grecques 1902 p. 20 sqq.

Contra Weilii et Reitzensteini sententiam Kaibelium secutus e versu 15 concludam prologum ab ipso Dionyso pronuntiari. Weil et Reitzenstein nimis argute, ut mihi videtur, illum locum interpretantur. Consulto enim Dionysum ipsum auctor induxisse arbitror, quod in huius prologi prima parte collegas suas aggreditur, qui longis verbosisque prologis spectatores magis fatigarent conturbarentque, quam instruerent. Quam ob rem verus deus, qui prologum pronuntiet, inducitur, non deus a poeta creatus, ut in comoediis Menandri, Philemonis, Diphili Ἔλεγχος vel Ἀήρ vel Ἀρκτοῦρος vel Ἄγνοια. Dionysus autem, qui praesidet spectaculo et poetas semper consilio adiuvat, idem peccare non potest quod ficticii illi dei, breviter sed tamen perlucide res declarabit[1]).

Sed nunc hoc, quod minoris momenti est ad hanc quaestionem de argumentis metricis incohatam, missum facio. At permagni refert alteram partem illius prologi considerare. Qua parte ut in illis prologis supra allatis poeta argumentum narrat. Reitzenstein hoc prologo papyri Argentoratensis ad historiam comoediae illustrandam profici aliquid recte admonet. Discimus enim longis diffusisque prologis a divo προσώπῳ προτατικῷ enuntiatis poetas uti solitos esse prioribus temporibus, deinde autem dei loco saepius unum ex histrionibus prologum enuntiavisse, tum argumentum totum non iam in prologo narratum esse, sed initio fabulae ipso expositionem et ea, quae ad fabulam intellegendam cognoscenda sunt, esse explanata[2]). Cognoscimus igitur ex illa re ea, quae Leo in libro suo „Plautinische Forschungen" p. 174 et 198 contendit prologos Plautinos fere omnes origine Graeco esse recte se habere. Illam

[1]) De deo vero Reitzenstein quoque cogitavit, sed de Apolline vel Mercurio.

[2]) cf. Reitzenstein l. c. p. 265, Cum Reitzensteino contra Leonem puto illa tria genera prologorum potius se secuta esse, quam ut una exsisterent.

autem ultimam rationem prologorum fingendorum, qua argumenti explanatio initio fabulae inserta est, invenimus in fabulis Terentianis; Plautus in prologis Asinariae Vidulariaeque exempla edidit.

Sed liceat me hoc loco etiam ea proferre, quae Donatus de prologis dicit[1]): „Prologus est prima dictio a Graecis dicta πρῶτος λόγος, vel antecedens veram fabulae compositionem elocutio. Eius species sunt quattuor: συστατικός, commendativus, quo poeta vel fabula commendatur; ἐπιτιμητικός, relativus, quo aut adversario male dictum aut populo gratiae referuntur; δραματικός, argumentativus, exponens fabulae argumentum; μικτός, mixtus, omnia haec in se continens.“ Sed verbum δραματικός, ut Leo l. c. dicit, falso versum est in verbum Latinum „argumentativus“; nam argumentativus respondet voci Graecae ἐξηγητικός aut διηγηματικός. At prologus δραματικός pronuntiari debet a persona fabulae non ab eo, qui vocatur πρόσωπον προτατικόν; cf. scholia ad Dionysium Thracem p. 450, 5 ed. Hilgard: δραματικὸς (χαρακτήρ) ὁ κεχωρισμένος τοῦ ποιητικοῦ προσώπου, ὑπὸ δὲ τῶν παρεισαγομένων προσώπων λεγόμενος. Prologos autem argumentativos non ita longe abesse ab illo primo genere prologorum, quod verbis πρόλογοι συστατικοί ille grammaticus significat, Leo recte dicere mihi videtur; nam πρόλογοι συστατικοί poetam vel fabulam commendant, qua cum commendatione narratio argumenti coniungi potest et plerumque coniuncta erat; cf. ut exemplum afferam, prologum Plautini Amphitruonis.

Sed nunc redeamus ad argumenta metrica, unde aberravimus. Vidimus his ea, quae singulis comoediis continentur, exponi; invenimus igitur in eis illam secundam partem prologorum, qui a Donato συστατικοί vocantur. Si prologis argumentativis ea, quae praeter argumenti narrationem insunt, demis, en habes argumenta metrica. Hoc

---

[1]) cf. Don. comm. Ter. I p. 27, ed. Wessner.

modo re vera metrica argumenta orta esse docent, si quid video, prologi Ghoranenses, qui inter veros prologos et argumenta metrica medium locum tenent. Iam non in theatro recitantur, non a fabulae poeta ipso compositi sunt, sed servarunt prologorum deos argumenta narrantes. Imprimis autem illo argumento ad fabulam Menandri nuper repertam mihi illustrari videtur argumenta metrica esse correptos prologos. Nam conferas quaeso hypothesin Menandreae fabulae cum secunda parte illius prologi papyri Argentoratensis aut cum eadem parte prologorum Plautinorum[1]), qua continetur argumentum fabulae, in quibus omnibus argumentum perlucide nec tam neglegenter ut in argumentis, quae ad Aristophanis fabulas exstant, narratur.

Sed hic quaerat quispiam, quomodo aliquis inciderit in argumenta ad Aristophanis fabulas fingenda. Quod facile esse intellectu puto. Ut enim prologi, quibus argumenta fabularum continentur, ad comoedias recentiores Graecas exstabant, ita eos ad comoedias Aristophaneas postea ab iis, qui legebant, desideratos esse iudico. At prior pars prologorum, qua poeta vel de studiis suis disseruit vel adversarios aggressus est — quae poetae veteres comici facere solebant in parabasi, quae apud recentiores poetas comicos non exstat — temporibus posterioribus ad argumenta Aristophanearum fabularum non iam referri potuit. Equidem ergo illud, quod Kaibel l. c. p. 555 elocutus est, pro certo statuere malim: „Es ist, als ob die jambischen Inhaltsangaben zu Aristophanes' Komödien sich diesen oder ähnliche Prologe zum stilistischen Muster genommen hätten.“ Argumenta metrica quae ad Sophoclis Oedipoda Regem et Philoctetam exstant, mea quidem sententia exemplo illorum ad comoedias fictorum orta sunt. Illa autem supra relata sententia insuper affir-

[1]) Nonnulli prologi Plautini nihil fere continent nisi fabulae argumentum instar hypothesium metricarum; exempli gratia nomino Aulullariae Cistellariae Captivorum prologos.

mari mihi videtur ea re, quod hypotheses metricae toto caelo distant ab hypothesibus oratione soluta scriptis. Semper enim hypotheses metricae praebent nudum argumentum, nihil umquam de choro, de actione, de eventu fabulae referunt, in quibus enarrandis hypotheses pedestres versantur[1]). Quo etiam factum est, ut prima natura prologi plane oblitteraretur et argumenta metrica fierent quasi tituli fabularum, qui apti erant ad perdiscendum; ob id ipsum acrostichis aliique lusus adhibentur, ut facilius memoria teneantur argumenta. Exstitisse argumenta acrosticha Graeca, ad quorum exempla Plautina composita sunt, iam vix potest negari post prologum Ghoranensem repertum.

Epimetrum.

De versibus anacyclicis qui vocantur.

Exstat figura rhetorica, quam Volkmann in libro suo „Die Rhetorik der Griechen und Römer“ p. 397 sqq. ἐπανάληψιν vocat[2]); exempla ἐπαναλήψεως afferam duos locos Homeri X v. 127 sq.:

τῷ ὀαριζέμεναι, ἅ τε παρθένος ἠίθεός τε
παρθένος ἠίθεός τ' ὀαρίζετον ἀλλήλοιν

Y v. 372 sq.:

τῷ δ' ἐγὼ ἀντίος εἶμι, καὶ εἰ πυρὶ χεῖρας ἔοικεν,
εἰ πυρὶ χεῖρας ἔοικε, μένος δ' αἴθωνι σιδήρῳ.

Haec ἐπανάληψις ita augeri potest (ut in prologo primo

---

[1]) Ne iudicium quidem de fabula ferunt argumenta metrica exceptis versibus illis de Nubibus, quos supra tractavi.

[2]) cf. Alexandri Numenii filii, qui Hadriani temporibus floruit, librum περὶ τῶν τῆς διανοίας καὶ τῆς λέξεως σχημάτων, in quo etiam agit περὶ ἀναδιπλάσεως ἢ παλιλλογίας ἢ ἐπαναλήψεως; vide Walzii rhetores Graecos vol. VIII, p. 462 et 463.

papyri Ghoranensis), ut omnia verba prioris versus ratione retrograda in versu sequenti repetantur. Tales versus nominantur ἀναστρέφοντες vel ἀνακυκλικοί[1]); cf. Brunckii analecta veterum poetarum Graecorum, t. II p. 382, quo loco ille cuiusdam medici Nicomedis Smyrnaei versus ἀνακυκλικούς tradit. Audi modo poetam:

Πηνελόπη τόδε σοι φᾶρος καὶ χλαῖναν Ὀδυσεύς
ἤνεγκεν, δολιχὴν ἐξανύσας ἀτραπόν

converso modo hoc distichon legitur sic:

Ἀτραπὸν ἐξανύσας δολιχὴν ἤνεγκεν Ὀδυσεύς
χλαῖναν καὶ φᾶρός σοι τόδε, Πηνελόπη

aliaque. Quae praestigiae simillimae sunt iis, quae significantur voce καρκῖνοι (στίχοι ἔμμετροι κατὰ ἀναποδισμόν), quales Duebner in „Anthologiae Palatinae" appendice collegit (p. 608), qui ab Leonis Allatii editi sunt inter „Excerpta varia Graecorum sophistarum ac rhetorum" (Romae 1641 p. 398) ex codice aliquo cum hoc lemmate Λέοντος τοῦ φιλοσόφου καρκῖνοι. Nonnulla exempla afferam:

Ἀμήσας ἄρδην ὀροφηφόρον ἤδρασα σῆμα

aut

Ἤδη μοὶ Διὸς ἄρ' ἀπατὰ παρά σοι, Διομήδη,

quem versum O. Immisch (Mus. Rhen. XLVI p. 488) ex inscriptione parietis Pompeianae optime sanavit; nam in appendice legimus laeso metro:

Ἤδη μοὶ Διὸς ἄρα πηγὴ παρά σοι, Διομήδη.

Etiam apud poetas Latinos talia artificia versuum leguntur, ut apud Optatianum Porfyrium florentem temporibus Constantini Magni; ille poeta in praestigiis versuum adhibendis omnes ceteros longe anteit. Vide carmen XXVIII editionis, quam curavit Lucianus Mueller:

[1]) Unde illud nomen fluxerit, constituere non potui.

„Blanditias fera Mors Veneris persensit amando
Permisit solitae nec Styga tristitiae.
Tristitiae Styga nec solitae permisit amando
Persensit Veneris Mors fera blanditias“,

et cetera; vel carmen XIII, quod metro ex penthemimeri iambica et anacreonteo mixto componitur:

„Prınceps beate, placido sub axa iamnunc
Iustis serene populis favente mundo“

qui versus recurrunt sic:

„Iamnunc sub axe placido, beate princeps
Mundo favente populis serene iustis.“

Alia exempla ex grammaticis Latinis collata addidit Luc. Mueller editioni suae p. 31 sq. Sane tales lusus poetici sunt vetusti. Admonetur a Muellero de illis versibus nomini Simonidis addictis[1]):

Μοῦσά μοι Ἀλκμήνης καλλισφύρου υἱὸν ἄειδε.
υἱὸν Ἀλκμήνης ἄειδε Μοῦσά μοι καλλισφύρου

quibus versibus Timocreon rescripisse dicitur ita:

Κηΐα με προσῆλθε φλυαρία οὐκ ἐθέλοντα.
οὐκ ἐθέλοντά με προσῆλθε Κηΐα φλυαρία;

qui versus continentur fragmento VII Timocreonis in anthologia lyrica.

Versuum autem reciprocorum Marius Victorinus (G. L. VI p. 113, Keil) tria genera enumerat: „Qui est retrorsum dum leguntur, longe aliud metrum ex se procreant; est item aliud genus, quod in eandem mensuram revertitur; est etiam aliud reciproci genus, quod non per singulos versus redit, sed per totum elegum.“ Ultimum genus apparet, ut exemplum afferam, in illo carmine XXVIII Optatiani Porfyrii supra allato. Secundi autem generis est is prologus, de quo egi. Exemplum primi generis offert Quintilianus IX, 4, 90 ubi dicit: „Plerique enim ex commissuris eorum vel divisione fiunt pedes: Quo fit ut isdem verbis

[1]) Hiller-Crusius, anthol. lyrica, frg. 165 Simonidis.

alii fiant, ut memini, quendam non ignobilem poetam talem exarasse:

astra tenet caelum, mare classes, area messem;

hic retrorsum fit sotadeus; itemque e sotadeo exit retro trimetros:

„Caput exseruit mobile prinus repetita.“

Alia exempla affert Diomedes (G. L. I, p. 516); sed longum est omnia enumerare.

Quibus exemplis lusus poetici inserendi est hic prologus, qui temporibus Ptolemaicis ortus est. Ergo in his quoque artificiis Romani poetae imitantur poetas Graecos. Intenderunt autem rem Romani poetae odio incomptae orationis percensi; postea quo magis litterae senescebant, eo magis florebat talium nugarum studium, quod auctoribus novae facetiae inveniendae erant ad lectorum vincendum fastidium.

Vita.

Natus sum, Guilelmus Michel, in oppido Hassiaco Babenhausen die duodevicesimo mensis Februarii anno MDCCCLXXXIV, patre Guilelmo, qui mihi immatura morte ereptus est, matre Rosalia, e gente Haas. Fidei addictus sum evangelicae. Litterarum elementis in ludo triviali patrii oppidi instructus gymnasium Darmstadtiense frequentavi. Autumno anni MCMII maturitatis testimonium adeptus in universitatem Lausannensem me contuli, ubi studiis philologicis per bis senos menses incubui. Deinde postquam stipendia per unum annum feci, civitati academicae Berolinensi ascriptus sum. Inde post sex menses profectus universitatem Heidelbergensem adii, unde semestri post Gissas me contuli, ubi quinquies senos menses versabar. Proseminarii philologici sodalis fui Berolinae, Heidelbergiae, Gissae, deinde, Gissensis seminarii exercitationibus per tria semestria interfui. Docuerunt me viri doctissimi: Diels, Hirschfeld, Vahlen, de Wilamowitz, Berolinenses; Dieterich †, de Domaszewsky, Schoell, Windelband, Heidelbergenses; Bethe, Groos, Haller, Immisch, Koerte, H. Oncken, Sauer, Siebeck, M. L. Strack, Wuensch, Gissenses. Quibus viris doctissimis gratias ago quam maximas, in primis autem Alfredo Koerte, cuius consilio in hac dissertatione elaboranda semper benignissime adiutus sum.

De comicorum Graecorum sermone metro accommodato

Dissertatio inauguralis

quam amplissimi

philosophorum Vratislaviensium ordinis

consensu et auctoritate

ad summos in philosophia honores

rite capessendos

una cum sententiis controversis

die XXI. mensis Martii anni MCMVIII hora XII et dim.

publice defendet

Bruno Sachtschal

Posnaniensis

Adversarii erunt:

A. Opitz, cand. phil.

R. Nierle, cand. phil.

Typis expresserunt Maretzke et Maertin Trebnicenses

MCMVIII

De dissertatione probanda ad ordinem rettulit
Franciscus Skutsch.

Examen rigorosum habitum est die XV. mensis Ianuarii MCMVIII.

PARENTIBUS OPTUMIS
SACRUM

1. Poetas Latinos sermonem suum metro a Graecis accepto accommodavisse iam complures viri docti demonstraverunt[1]). Sed etiam poetae Graeci ipsi metro postulante sermonem suum commutare non dubitaverunt, ut Homeri exemplum maxime nobis demonstrat[2]). Idem apud tragicos Graecos observamus, quorum in hac quidem commentatione saepius comparandi causa mentionem faciam[3]). Quin etiam comici, quamquam legibus metricis partim liberrimis utebantur, saepissime metri causa sermonem aliter usurpaverunt atque exspectamus. Propter eam ipsam rem magnam delectationem habere mihi videtur inquirere, quantam vim metrum in comicorum et maxime Aristophanis sermone conformando habuerit. Sed melicos locos excludendos esse putabam, cum in his et difficilior fiat omnis argumentatio et praeter metri necessitatem lyrica dictio multum rationis obtineat. Quam ob rem deverbia tantum et eas partes, quae quamquam a choro pronuntiantur, tamen non lyrici generis sunt, perscrutabimur.

2. Sed priusquam ad rem ipsam accedam, de impedimentis poetico sermoni obsistentibus nonnulla proferam. In dactylis et anapaestis vocabula cretica adhiberi non posse per se intellegitur. In iambis, cum comici magnam licentiam

---

1) E. Bednara, De sermone dactylicorum Latinorum quaestiones, A. L. XIV p. 317 sqq., 532 sqq.; Paul Maas, A. L. XII p. 479 sqq.; Otto Keller, Zur lateinischen Sprachgeschichte, part. II Lps. 1895 p. 189 sqq.; Norden, ad Aeneid. VI Appendic. V.

2) Cf. Guil. Schulze, Quaestiones epicae, Gueterslohae 1892 p. 137 sqq.; Ellendt, Drei homerische Abhandlungen, Lp. 1864, p. 8 sqq., Witte, Singular und Plural, Lipsiae 1907.

3) Eadem de causa ex Herondae Mimiambis nonnulla exempla afferam.

in anapaestis pro iambis ponendis sibi permitterent[1]), nihil aliud nisi series quattuor longarum syllabarum metro excluditur, quod in systematis iambicis in secundo, quarto etc. pede pro iambo vel anapaesto spondeus poni non poterat. Item in trochaicis systematis primus, tertius etc. pes purus esse debebat. Nullam libertatem praeterea admittit trimetri ultimus pes, qui semper purus iambus vel pyrrhichius esse debet. Denique comici ut plurimi poetae hiatum evitare studebant, quae res saepe eos commovit, ut ab usitato sermone deflecterent.

Quibus rebus expositis videamus, quo modo comici metri impedimenta superaverint[2]). Ac primum quidem agamus de sonorum alternatione.

I. De sonorum alternatione.

1. De synizesi.

3. Persaepe apud omnes poetas synizesin adhibitam invenimus[3]), qua comici quoque etsi rarius utebantur ubi metrum postulabat. Dilucide hoc apparet e variis formis verbi *ἐάω*. Tribus locis propter metri commoditatem synizesis invenitur:

Nub. 932. *δεῦρ' ἴθι, τοῦτον δ' ἔα μαίνεσθαι*[4]).
Lys. 734. *ἀλλ' ἐῶ 'πολέσθαι τἄρι'; Λυ. ἢν τούτου δέῃ.*
Eccl. 784. *ὦ δαιμόνι' ἀνδρῶν, ἔα με τῶν προὔργου τι δρᾶν.*

Ceteris locis vocales *εα* vel *εω* bisyllabae sunt velut Equ.

---

[1]) Hac re maxime tragicorum trimeter a comicorum differt. Sed econtra id quoque reputandum est comicos interdum consulto puros trimetros iambicos posuisse. Cf. Klaver, De Aristophanis trimetrorum compositione artificiosiore, Diss. Marpurgi 1905. De anapaestis pro iambis positis cf. Rumpel, Der Trimeter des Aristophanes, Philologus XXVIII, 1869 p. 599 sqq. C. W. E. Miller, Hephaestion and the Anapaest in the Aristophanic Trimeter, Transactions and Proceedings of the American Philological Association XXXIV, 1903 p. 49 sqq.

[2]) Summae utilitati mihi in quaestione mea fuit Dunbari index Aristophaneus (A Complete Concordance to the Comedies and Fragments of Aristophanes, Oxford 1883), quem accuratissimum esse expertus sum. Ceteras commentationes, quibus usus sum, postea loco idoneo afferam.

[3]) Cf. Jos. Menrad, De contractionis et synizeseos usu Homerico. Monachii 1886.

[4]) Versus afferam secundum editionem Bergkianam, fragmenta secundum editionem Kockianam.

1161, Pac. 649, Av. 1368, Lys. 945, Thesm. 64 et quae sunt reliqua. Alia exempla habemus Vesp. 616.

Κἂν οἶνόν μοι μὴ 'γχέῃς σὺ πιεῖν τὸν ὄνον τόνδ' ἐσκεκόμισμαι,
ubi propter anapaesticum metrum creticus poni non poterat.

Philem. fr. 120₃, C. A. Fr. II p. 516.

ἂν δέῃ δὲ φείσασθαί τι τοῦ γήρως χάριν[1]).

Pac. 906. *θέασ' ὡς προθύμως ὁ πρύτανις παρεδέξατο.*

Menandri fr. 1₄₄ Kr.[2]).

μᾶλλον δὲ πράξεων ἐσομένων ἐὰν οἱ θεοί.

Posidipp. fr. 26₂₁, III p. 343.

τούτων γυναῖκες ἱέρειαι τῇ θεᾷ θεοί.

4. Parodias ex Euripidis Helena vel Andromeda sumptas his locis habemus:

Thesm. 874. *Πρωτέως τάδ' ἐστὶ μέλαθρα. — ποίου Πρωτέως*[3]);
891. *γάμοισι Πρωτέως παιδὶ συμμῖξαι λέχος*[4]);
905. *ὦ θεοί, τίν' ὄψιν εἰσορῶ, τίς εἶ γύναι*[5]);
1098. *ὦ θεοί, τίν' ἐς γῆν βαρβάρων ἀφίγμεθα*[6]);

In universum tragici multo saepius synizesin adhibuerunt velut Sophocles in Philocteta *θεοί* v. 779, 1020; *θεῶν* v. 196, 433, 1235; *θεοῖσιν* v. 1036; *Ἀχιλλέως* v. 57, 582, 1066, 1298, 1312; *Νεοπτόλεμος* v. 241 et qu. s. r.).

2. De contractione et distractione[7]).

5. Quod vocabulum anapaestis resultabat Aristophanes contractionem adhibuit Nub. 315:

---

[1]) Cf. loco semilyrico Ran. 265 *κἄν με δέῃ δι' ἡμέρας.* (At Radermacher Rh. M. 57 p. 478 hoc loco legere vult *κἄν με δῇ*, forma *δῇ* a verbo *δέω* „binden“ derivata.) Fortasse etiam Plut. 216 legendum est, quod Bergkius in textum recepit:

ἐγὼ γάρ, εὖ τοῦτ' ἴσθι, κἂν δέῃ μ' ἀποθανεῖν.

(V *καὶ δεῖ*, R *κεἰ δεῖ*, R₂ *κἂν δεῖ.*)

[2]) Menandri fragmenta recens reperta commoditatis causa afferam secundum editionem factam ab Alfredo Kretschmar, De Menandri reliquiis nuper repertis. Lipsiae 1906.

[3]) Cf. Eurip. Hel. 460.

[4]) Cf. Eurip. Hel. 62 sq.

[5]) Cf. Eurip. Hel. 72 et 557.

[6]) Cf. schol. ad. Thesm. 1098: *εἰς Περσέα ἐξ' Ἀνδρομέδας τρία τὰ πρῶτα.*

[7]) De synaeresi et diaeresi copiose egit Lobeck in Pathologiae parte II, diss. VI, p. 1 sqq. Cf. praeterea Menrad l. c.

αἱ φθεγξάμεναι τοῦτο τὸ σεμνόν; μῶν ἡρῷναί τινές εἰσιν;
fr. 304. *οἱ γὰρ ἥρως ἐγγύς εἰσιν.*

Equ. 164, poeta formam *ἀρχέλας* pro *ἀρχέλᾱος* posuit, quod in ultimo pede trimetri anapaestus poni non poterat:

τούτων ἁπάντων αὐτὸς ἀρχέλας ἔσει.

6. Contractioni annectimus distractionem quae diaeresis vocari solet. Aristophanes his locis eam adhibuit[1]:

Ach. 880. *ἰκτίδας, ἐνύδριας, ἐγχέλεις Κωπαΐδας*[2]).

Huius vocis formam contractam legimus: Ach. 883, 962; Pac. 1005.

Plut. 536. *καὶ παιδαρίων ὑποπεινόντων καὶ γραϊδίων κολοσυρτόν*[3]).

Forma contracta huius vocabuli permultis locis invenitur velut: Thesm. 1194, 1199, 1210, 1211 etc.

7. Quater Aristophanes in fine trimetri, bis alio loco videlicet metri causa voces *οὐδείς -έν, μηδέν* e duabus vocibus conglutinatas iterum distraxit per analogiam femininae formae[4]):

Plut. 37. *εἶναι πανοῦργον, ἄδικον, ὑγιὲς μηδὲ ἕν*[5]).
138. *οὐ βοῦν ἄν, οὐχὶ ψαιστόν, οὐκ ἄλλ' οὐδὲ ἕν.*
1115. *οὐ ψαιστόν, οὐχ ἱερεῖον, οὐκ ἄλλ' οὐδὲ ἕν.*
1182. *κἀμέ γ' ἐκάλει τὸν ἱερέα· νῦν δ' οὐδὲ εἷς.*
Lys. 1044. *φλαῦρον εἰπεῖν οὐδὲ ἕν·* (lyr.)
Ran. 927. *σαφὲς δ' ἂν εἶπεν οὐδὲ ἓν — μὴ πρῖε τοὺς ὀδόντας.*

Item nonnunquam apud alios poetas antiquae comoediae hanc distractionem invenimus:

Cratin. fr. 302₂, I p. 100.
καὶ γὰρ ἐβλίμαζον αὐτήν, ἡ δ' ἐφρόντιζ' οὐδὲ ἕν.

---

1) Eos locos, quibus Aristophanes illas formas posuit, ut Homeri sermonem imitaretur, velut *ἀείδω, ἀοιδή, ὀκρυόεντος, ὀμφαλοέσσας* etc. praetereo. Cf. Bertholdus Speck, De Aristophanis dialecto; Part. I, De epicarum et Ionicarum formarum apud comicum usu. Diss. Vrat. 1878 p. 23 sqq.

2) Cf. Lobeck l. c. p. 11.

3) Cf. Schulze, Quaest. ep. p. 296.

4) Cf. Porson. praef. ad Hecubam p. XXXVI.

5) Multo saepius formae conglutinatae inveniuntur velut: Eccl. 325. *οὐ γάρ ποθ' ὑγιὲς οὐδὲν ἐξελήλυθεν.* Plut. 236. *ἀγαθὸν γὰρ ἀπέλαυσ' οὐδὲν αὐτοῦ πώποτε.* Ach. 956. Vesp. 1125. Thesm. 394, 636, Plut. 50, 274, 355 etc.

Philonid. fr. 18, I p. 257.

ἅπαντ' ἐρίζεις καὶ συνίῃς οὐδὲ ἕν.

Eupolid. fr. 357_4, I p. 353.

ἢν δέ τις τῶν ἐνθάδ' αὐτοῦ μηδὲ ἓν χεῖρον φρονῶν.

Phryn. fr. 52, I p. 383.

σὲ δὲ τιμιοπώλης ὡς Ἀχιλλεὺς οὐδὲ εἷς.

Platon. fr. 52, I p. 614.

γλώττης ἀγαθῆς οὐκ ἔστ' ἄμεινον οὐδὲ ἕν.

Multo saepius novae comoediae poetae eam adhibuerunt velut Alexis bis decies (fr. 15_{10}, 25_3, 25_6, 27_1, 27_3, 48, $110_{7,11}$, 146_{10}, 219_1), Philemon decies (fr. 4_{13}, 11_3, 71_3, 91_1, $97_{1,7}$, 117, 123_2, 134_1, 154_2), Menander quater vicies (fr. 4_2, 51, 65_9, 130_2, 169_2, 418_2, 466_2, 535_3, $547/8_5$, $571_{1,2}$, 746, 799, 6_{90} Kr., $7/8_{42}$ Kr. Men. Cair.[1]), Epitr. 69, 99, 100, 193, 243, 307, 516, Perikeir. 59, Sam. 140) et multi alii[2]).

Tragici eam non adhibuerunt, nisi forte duo exempla e Sophoclis tragoediis huc trahimus, ubi particulam *ἂν* interpositam invenimus:

Oed. R. 281. *ἂν μὴ θέλωσιν, οὐδ' ἂν εἷς δύναιτ' ἀνήρ.*

Trach. 1072. *. . . καὶ τόδ' οὐδ' ἂν εἷς ποτε*
τόνδ' ἄνδρα φαίη.

At nonnullis locis tales formas invenimus apud Herondam velut I 43, 45, 48, 73.

Hanc distractionem e soluta oratione acceptam esse inscriptiones saeculi quinti et quarti docent (cf. Meisterhans, Grammatik der griech. Inschriften [2] p. 80 sq. et 216).

8. Nonnullarum vocum utramque formam alteram contractam, alteram distractam saepissime poetae adhibuerunt, prout metrum postulabat. Tales voces sunt *ἤν* — *ἐάν*, *σαυτόν* — *σεαυτόν*, *αὑτόν* — *ἑαυτόν*. Exempla afferre supervacaneum est, cum in quinto quoque versu inveniantur.

3. De elisione.

9. Confusio vocalis exeuntis et incipientis, quam poetae non tam metri causa quam hiatus evitandi adhibuerunt, notissima

---

[1]) Fragments d'un manuscrit de Ménandre découverts et publiés par M. Gustave Lefebvre, Le Caire 1907.

[2]) Cf. Jacobi, Comicae dictionis index p. 347, qui etiam plura exempla affert.

et creberrima res est, ut eam silentio praeterire possimus. Idem dicendum est de crasi[1]), aphaeresi, elisione. Pauca tamen de illa elisione dicam, quam saepe etiam metri causa poetae adhibuerunt, idque eis locis, quibus ante vocalem incipientem „ν ἐφελκυστικόν“ omiserunt ita, ut elisio fieri deberet. Exempla innumera sunt: Ach. 14. εἰσῆλθ' ᾀσόμενος, Ach. 27. προτιμῶσ' οὐδέν, Ach. 139. ἔπηξ' ὑπ' αὐτόν, Ach. 146. ἔγραφ' Ἀθηναῖοι et qu. s. r.[2]).

Eandem elisionem bis in voce ἀτρέμα(ς) invenimus:
Ran. 339. οὔκουν ἀτρέμ' ἕξεις, ἤν τι καὶ χορδῆς λάβῃς;
Pherecr. fr. 6₃, I p. 146. ἔχ' ἀτρέμ', ἐγᾦδα Χαῖρις[3]).

10. Praetermittere non possum pauca illa exempla, in quibus propter metricam commoditatem etiam in fine versus elisionem comici adhibuerunt:

Nub. 891. μᾶλλον σ' | ἐν
Av. 1716. θυμιαμάτων δ' | αὖραι
Ran. 298. οὐ μὴ καλεῖς μ' | ὤνθρωφ'
Eccl. 351. ἐμοὶ δ' | ὥρα
Archipp. fr. 9, I p. 680. ἐπιφορήμασί τ' | ἄλλοις

Saepius in Sophoclis tragoediis haec elisio invenitur, quae eam ob rem „εἶδος Σοφόκλειον“ nominabatur[4]): δ': El. 1017, Oed. R. 29, 785, 791, 1224, Oed. Col. 17; τ': Oed. R. 1184, Phil. 1455; μολόντ': Oed. Col. 1164; ταῦτ': Oed. R. 332.

4. De hiatu.

11. Haud semper poetae hiatum evitabant, sed saepe metri causa longam vocalem vel dipthongum ante alteram vocalem corripuerunt et hoc maxime in hexametris et anapaestis, cum creticus in iis adhiberi non possit. Hac in re epicum usum eos imitatos esse apparet:

---

[1]) Cf. Hermannus Waeschke, De crasi Aristophanea. Dessaviae 1875.

[2]) E contrario poetae positionis efficiendae causa „ν ἐφελκυστικόν“ etiam ante consonantes incipientes saepissime posuerunt: Ach. 98. ἀπέπεμψεν φράσον, Ach. 189. ἀρέσκουσίν μ', ὅτι et qu. s. r.

[3]) Semel positionis efficiendae causa ἀτρέμας ante consonantem legimus in versu anapaestico: Nub. 390. ἀτρέμας πρῶτον . . .

[4]) Schol. Hephaest. p. 226₂₀ Consbruch.

Equu. 532. ἐκπιπτουσῶν τῶν ἠλέκτρων, καὶ τοῦ τόνου οὐκ ἔτ' [ἐνόντος.

Equ. 763. τῇ μὲν δεσποίνῃ Ἀθηναίᾳ . . .

Cratin. fr. 8, I p. 14.

ἡ μὲν δὴ πίννησι καὶ ὀστρείοισιν ὁμοίη.

Hermipp. 82, I p. 249.

Μενδαῖον, τοῦ μὲν καὶ ἐνουροῦσιν θεοὶ αὐτοί.

Et qu. s. r.

Etiam tragici hanc libertatem usurpaverunt in versibus anapaesticis velut: Aesch. Pers. 52; Soph. Phil. 839; Eurip. Hec. 123, 214 etc.[1]).

5. De vocalibus ante vocales correptis.

12. His bene adiungi possunt ea exempla, ubi in media voce dipthongus αι vel οι metro postulante modo brevis modo longa est. Ac primum quidem spectemus vocem ποιεῖν[2]), cuius formae et composita sescenties apud comicos inveniuntur. Dipthongus οι in hac voce plurimis locis correpta est, sed persaepe metrum etiam longam syllabam postulat, quin etiam utramque formam in eodem versu invenimus:

Vesp. 382. κἀνασπαστὸν ποιεῖν εἴσω, τι ποιήσετε, φράζετε νυνί;

Saepissime dipthongo utuntur poetae in anapaestis, cum dimidia pars fere omnium formarum a verbo ποιεῖν derivatarum, quae in anapaestis inveniuntur, eam habeat. At in iambis et trochaeis forma producta rarius adhibetur, cum poetae plurimis locis illam syllabam in arsi ponere vitaverint.

Hunc poetarum usum cum usu inscriptionum, quae saepe ο pro οι praebeant, sed tantum ante vocales ε et η[3]), non concinere inde cognoscitur, quod poetae etiam ante vocales ο et ω dipthongum saepissime corripuerunt[4]): Equ. 246, Nub. 1458, 1495, Vesp. 1443, Pac. 484 et qu. s. r.

[1]) Cf. Christ, Metrik der Griechen und Römer p. 244.

[2]) Cf. Schulze l. c. p. 45 sq.

[3]) Cf. Meisterhans, Grammatik der att. Inschriften ² p. 44.

[4]) Cf. Kretschmar l. c. p. 25 sq., qui omnia exempla, quae apud Menandrum inveniuntur, enumerat. In recentissimis Menandri fragmentis (ed. Lefebvre) septies sexagies simplicem vocalem ο scriptum invenimus (et 30 locis haec syllaba brevis, 36 locis anceps est, semel Sam. 317 πόει exstat, ubi metrum longam syllabam postulat). Quinquies decies dipthongus scripta est (et 8 locis syllaba longa, 3 locis anceps, 4 locis correpta est).

13. In aliis vocibus dipthongus *οι* vel *αι* plerumque longa est. Sed multis etiam locis metro postulante corripitur velut:

in voce *οἷος* Equ. 74, Nub. 198, 217, Pac. 17, 1111, Ran. 45;

in voce *ποίαν* tantum uno loco Vesp. 1469,

τῶν ξυμποτῶν κλέψαντα; — ποῖαν αὐλητρίδα;

in voce *τοιοῦτος* Equ. 391, Nub. 342, 1125, 1393, Vesp. 25 et qu. s. r.;

in voce *Βοιωτός* Ach. 160, 900, Equ. 479, 480, Lys. 40, 75, 702;

in voce *Ἀθηναίαις* Pherecr. fr. 34, I p. 154,

Ἀθηναῖαις αὐταῖς τε καὶ ταῖς ξυμμάχοις;

in voce *Πειραιεύς*[1]) Pac. 145, fr. 608, Alexid. fr. 245_1, II p. 386, Philisc. fr. 2, II p. 443, Criton. fr. 3_4, III p. 354;

in voce *δείλαιος*, qua poetae tantum in fine trimetri dipthongo correpta usi sunt idque undecies cum *οἴμοι* interiectione coniuncta velut Equ. 139, Nub. 1473, Vesp. 40, 165, 202, 1150, Pac. 233, Av. 990, Eccl. 391, 1051, Eubul. fr. 117_{13}, II p. 206; semel tantum sola exstat in fine trimetri: Plut. 850. Aliis locis trimetri dipthongus semper longa est: Nub. 12, 552, 709, 1504.

14. Apud Philemonem etiam dipthongum *ου* semel correptam invenimus, nisi versum corruptum putemus fr. 102_6, II p. 510.

δοκεῖ τι φράζειν τοῖς ἀκοῦουσιν ἀσφαλές[2]).

(In eodem fragmento v. 3 recte legimus

δοκεῖ τι φράζειν τοῖς ἀκοῦυσιν κακῶς.)

Dipthongum *ει* correptam legimus Posidipp. fr. 26_{21}, III p. 343

τούτων γυναῖκες ἱέρειαι τῇ θεᾷ θεοί.

Herond. V 32. *ἄγ' αὐτὸν εἰς τὸ ζήτρειον πρὸς Ἕρμωνα.*

Item semel dipthongum *ευ* apud Herondam correptam invenimus:

IX 2. *καὶ πρὸς Εὐέτειραν καὶ Γλύκην β(αδίζουσα).*

15. Sed non solum dipthongus ante vocalem nonnunquam corripitur verum etiam longa vocalis ante vocalem. In voce *θύω* quidem, cuius vocalis *υ* plerumque longa est (Ach. 793, Pac. 410, 1062, Av. 562, 565 etc.) Schulze (quaest. ep. p. 333 sqq.) recte cognovit semel vocalem non metri causa sed propter dialectum Doricam correptam esse:

---

[1]) Cf. Meinek. Com. Gr. Fr. III p. 580, IV p. 538. Lobeck paral. p. 27.

[2]) Dobr. coniecit *τοῖς ἀκούουσιν σαφές*. R. Foerster, vir doctissimus, coniecit *τοῖς ἀκούουσ' ἀσφαλές*.

Ach. 792. *κάλλιστος ἔσται χοῖρος Ἀφροδίτᾳ θῡ́ειν.*

Et similiter res se habet Straton. fr. 1_{19}, III p. 362, ubi coquus linguam epicam imitatur:

„*σὺ δ' ἄρα θῡ́εις ἐρυσίχθον*“; — *οὐκ ἔφην ἐγώ;*

et in proximo versu, ubi dominus eadem forma utitur:

„*βοῦν δ' εὐρυμέτωπον*“; — „*οὐ θῡ́ω βοῦν, ἄθλιε*“.

Idem Schulze (l. c. p. 344/5) dicit in voce *κωλύειν*, cuius *υ* vocalis in anapaestis et hexametris semper longa est (Pac. 499, Av. 463, Lys. 607, Thesm. 918), praeter sermonem familiarem, ex quo illae locutiones *οὐδὲν κωλύει* et *τί κωλύει* et similes sumptae essent, etiam metrum effecisse, ut in iambis et trochaeis vocalis semper corriperetur: *οὐδὲν κωλύει* Equ. 732, 972, Antiph. fr. 125_4, II p. 61; *τίς σε κωλύει;* fr. 100; *τί γάρ σε κωλύει;* Anaxil. fr. 25_2, II p. 272; *καὶ τί δειπνεῖν κωλύει;* Men. fr. 367_2, III p. 106.

Men. Cair. Epitr. 10 . . . *εἰ δέ σε μηδὲν κωλῠ́ει.*

Epitr. 22. *τὸ κωλῠ́ον; σὺ πρότερος ὁ σιωπῶν λέγε.*

16. Item in voce *ῑατρός* vocalem *ι* his locis correptam invenimus[1]:

Eul. 363. *τίς ἂν οὖν ῐατρόν μοι μετέλθοι καὶ τίνα;*

Plut. 406. *οὔκουν ῐατρὸν εἰσαγαγεῖν ἐχρῆν τινά;*

Plut. 407. *τίς δῆτ' ῐατρός ἐστι νῦν ἐν τῇ πόλει;*

Longam vocalem legimus Nub. 332, Av. 584, Antiphan. fr. 208, II p. 101, fr. 259, II p. 121, Diphil. fr. 88_3, 117, II p. 570, 576, Men. fr. 497, III p. 143 etc.

17. Hic adiciatur vox *ἀεί*, cuius vocalis *α* plerumque correpta est velut Ach. 28, Nub. 761, 1053, Av. 1545 et multis aliis locis. Nonnunquam metrum dipthongum postulat: Ach. 751, Equ. 215, 274, 568, Nub. 1011, 1288, Vesp. 390, 667, 699, Ran. 1027, Plut. 1007, 1049, Pherecr. fr. 21, I p. 151, Theopomp. 47_2, I p. 746 etc.[2]).

---

[1]) Cf. Schulze l. c. p. 382 sq.

[2]) Mea quidem sententia his locis melius pro *ᾱεί αἰεί* scribendum est, quae forma in decretis publicis usque ad annum 361 invenitur (cf. Meisterhans p. 25_4). Certe falso Bergkius et alii Dindorfii exemplum sequentes *ἀετός* pro *αἰετός* saepe contra librorum auctoritatem scripserunt Vesp. 15, Pac. 133, Av. 515, 653, 1110, 1248, 1341, Lys. 695, praesertim cum in hac voce prima syllaba semper longa sit et in inscriptionibus non ante annum 298 forma *ἀετός* inveniatur (Meisterhans p. 25_6).

6. De brevium vocalium productione.

18. Nonnunquam poetae etiam breves vocales metri causa produxerunt. Haec exempla afferam:

Vocalis ῐ in voce αἰθρῐας nonnunquam producebatur in anapaestis:

Nub. 371. καίτοι χρῆν αἰθρῑας ὕειν αὐτόν, ταύτας ἀποδημεῖν[1]).

Cratin. fr. 53, I p. 28.

ἐξ αἰθρῑας καταπυγοσύνην μυὸς ἀστράψω Ξενοφῶντος,

(ῐ invenitur Plut. 1129 ἀσκωλίαζ' ἐνταῦθα πρὸς τὴν αἰθρῐαν)[2]).

19. Saepius in particula ἄρα propter metri commoditatem vocalem α productam legimus[3]), quod de Sophocle iam Ellendt (Lex. Sophocl. [2] p. 866) demonstravit. Huius particulae usum Aristophaneum tractavit Ludwig in dissertatione (De enuntiatorum interrogativorum apud Aristophanem usu. Regimontii 1882) p. 39 s., qui decem exempla affert: Nub. 1301, Vesp. 460, 839, 893, Pac. 1240, Av. 89, 161, 1530, 1688, Lys. 933.

Equidem ex aliorum comicorum fragmentis haec exempla addo[4]):

Cratin. fr. 24, I p. 20.

ἦν ᾱ̓ρ' ἀληθὴς ὁ λόγος, ὡς δὶς παῖς γέρων.

Calliae fr. 11, I p. 696.

τί δ' ᾱ̓ρα; τοὺς Μελανθίου τῷ γνώσομαι;

Philem. fr. 108_1, II p. 513.

τί ποτ' ἐστὶν ᾱ̓ρα, διότι βούλεται μ' ἰδεῖν;

Menand. fr. 150, III p. 44.

τοῦ δ' ᾱ̓ρα Κωρυκαῖος ἠκροάσατο.

Men. Cair. Perikeir. 95.

οὐδ' ᾱ̓ρα νῦν. — οὐδ' ᾱ̓ρα νῦν, οὐκ οἶδ' ὅ τι.

---

1) Cf. Kockii adnotationem.

2) Item apud Menandrum semel in voce ἴσος prima syllaba producta est: Men. Cair. Epitr. 9 sq. . . . κριτήν τούτου τινὰ
ζητοῦμεν ῑσον, εἰ δέ σε μηδὲν κωλύει.
Sed Wilamowitzius correxit in
ζητοῦμεν ῐσον, εἰ δή σε μηδὲν κωλύει.

3) Cf. Hartung, Lehre von den Partikeln der griechischen Sprache I p. 455 sqq., Erlang. 1832. Hermann ad Soph. O. C. praef. XVI. Buecheler, Mus. Rhen. 39 p. 277.

4) Vide praeterea Jacobi l. c. p. 206.

Item Herondas IV 21.

ἀγαλμάτων · τίς ἦρα τὴν λίθον ταύτην
τέκτων ἐποίει . . .

20. Homeri in vocibus ἄθάνατος et ἀκάματος usum et tragici et comici receperunt[1]: ἀκάματος (α producta) invenitur Aesch. Pers. 891 (dactyl.), Ar. Nub. 285 (dactyl.); ἀθάνατος invenitur Soph. Antig. 787, Ar. Av. 1224 (trim. iamb.) Ran. 629 (trim. iamb.), Amphid. fr. 8_2, II p. 238, Alexid. fr. 158_2 (ᾰ fr. 159_3, 240), Men. fr. 595_3, III p. 180.

Apud Herondam secundum epicum usum etiam prima syllaba vocis καλός modo producta modo brevis est:

IV 88. σὺν ἀνδράσιν καὶ παισί. — Κοκκάλῃ κᾱλῶς.

VII 115. τὰ κᾰλὰ πάντα τῆς κᾱλῇσιν ἁρμόζει.

21. Metri causa poetae etiam pro usitata forma ἕνεκα vel ἕνεκε(ν) persaepe Ionicam formam εἵνεκα [-ε(ν)] et οὕνεκα [-ε(ν)] posuerunt, quod etiam in inscriptionibus poeticis invenimus (Meisterh. p. 176_{24}): Ach. 958, Nub. 6, 361, 422 et qu. s. r.

Utrum poetae utramque formam εἵνεκα et οὕνεκα adhibuerint, an alteram tantum formam, mea quidem sententia iam non discerni potest, cum libris in his rebus fides haberi non possit et inscriptiones eodem tempore utramque formam praebeant[2].

Denique dipthongum ει legimus

Ran. 499. καὶ βλέψον εἰς τὸν Ἡρακλειοξανθίαν,

ubi Ἡροκλεοξανθίαν exspectamus[3].

Similiter tragici metri causa nonnunquam Ionicam formam ξεῖνος pro ξένος adhibuerunt:

Soph. fr. 731_5.

πράξας ἐν Ἄργει ξεῖνος ὢν οἰκίζεται.

Sosith. fr. 2_{12} p. 822 N.

χὤταν τις ἔλθῃ ξεῖνος ἢ παρεξίῃ.

Praeterea hanc formam legimus Soph. El. 675, 1119, Oed. Col. 174, 184, 530, 1096, 1119 etc., Eur. El. 247, Iph. Taur. 218, 225, 798 etc. (cf. Ellendt Lex. Soph. p. 480).

---

[1]) Cf. Porson ad Eur. Med. 139, Kock ad Ran. 629, Schulze l. c. p. 142 adn. 1.

[2]) Cf. Wecklein, Curae epigraphicae p. 36 sqq. Wackernagel K. Z. 28 p. 109 sqq. Schulze l. c. p. 135.

[3]) Cf. Kockii adnotationem.

7. De vocalium productarum correptione.

22. Ut poetae breves vocales produxerunt, ita etiam etsi perraro metri causa longas vocales corripuerunt; et quater inclinatione adhibita ῑ vocalem corripuerunt in dativο ἡμῖν:

Av. 386. μᾶλλον εἰρήνην ἄγουσιν ἡμῐν · ὥστε τὴν χύτραν
τώ τε τρυβλίω καθίει.

Lys. 124. ἀφεκτέα τοίνυν ἥμῐν ἐστι τοῦ πέους.

Plut. 286. ὄντως γὰρ ἔστι πλουσίοις ἅπασιν ἥμῐν εἶναι.

Phryn. fr. 37, I p. 380.
ἐβουλόμην ἂν ἥμῐν ὥσπερ καὶ προτοῦ.

Sophocles hac forma vicies et sexies, forma ὕμιν, quam nusquam apud comicos invenimus, novies usus est (v. Ellendt, Lex. Soph. p. 192). Aeschylus et Euripides omnino has formas inclinatas evitaverunt. Saepius Herondas eas adhibuit velut: ἥμιν I 48, VII 75, ὕμιν IV 79, VII, 25, 58.

23. Praeterea bis in voce ὄρνῑς, quae permultis locis legitur (Av. 16, 67, 70, 74 et qu. s. r.) longam vocalem ῑ correptam invenimus:

Av. 168. τίς ὄρνῐς οὗτος; ὁ Τελέας ἐρεῖ ταδί.

Philem. fr. 79 10, II p. 500.
ὅμοιον ἐγένετ', ὄρνῐς ὁπόταν ἁρπάσῃ.

Tragici idem fecerunt: Soph. Ant. 1021, El. 149, fr. 593 N; Eur. fr. 636 5 N.

Iidem nonnunquam longam vocalem ῡ nominum syllaba -ῡς terminantium metro postulante corripuerunt: κλιτῠς:

Soph. Trach. 271. . . . Τιρυνθίαν
πρὸς κλιτῠν, ἵππους νομάδας ἐξιχνοσκοπῶν.

Ant. 1145 (lyr.); Eur. Bacch. 411 (lyr.); Hipp. 227 (lyr.); λιγνῠς: Ant. 1127 (lyr.), νηδῠς:

Eurip. Cycl. 574. τέγξας ἄδιψον νηδῠν, εἰς ὕπνον βαλεῖ.

Andr. 356. καὶ νηδῠν ἐξαμβλοῦμεν, ὡς αὐτὴ λέγει.

8. De correptione Attica.

24. Per se intellegitur comicos correptionem Atticam adhibuisse. Consonantes βλ, γλ, γμ, δμ, γν, δν semper positionem faciunt. At consonantes πλ, φλ, κλ, χλ, τλ, θλ, κμ, τμ, θμ, πν, φν, κν, χν, πρ, φρ, βρ, κρ, γρ, τρ, θρ, δρ nisi melicis et

epicis, paucis tantum locis intra unam vocem positionem faciunt[1]: Vesp. 151 *Καπνίου*, Vesp. 691 *δραχμήν*, Pac. 1201 *δραχμῶν*, Av. 212 *πολύδακρυν*, 216 *ἕδρας*, 579 *ἀγρῶν*, 591 *κιχλῶν*, Plut. 1019 *δραχμάς*. Men. fr. 694, III p. 200.

φρόνησιν ἀσκῶν ἄφροσιν μὴ χρῶ φίλοις,
ἐπεὶ κεκλήσει καὶ σὺ παντελῶς ἄφρων.

Men. fr. 6_{23} Kr. *τὰ πάτρια*, Men. Cair. Perikeir. 167 *τῷ πατρί*, Philippid. fr. 9_{7}, III 303 *δραχμάς*, Incert. com. fr. 231, III p. 452 *διάπλεκε*[2]), fr. 398 p. 483 *τετρυπημένη*.

Praeterea nonnulla exempla velut Lys. 742, 833, Eccl. 369; *πότνια*, Thesm. 859 *πατρίς* etc. inveniuntur in parodiis tragicorum, qui saepius hanc licentiam sibi permiserunt[3]) velut Sophocles Oed. R. 2 *ἕδρα*, Ai. 340 Oed. Col. 883 *ὕβρις* etc. Euripides Her. 914 *Ἡρακλέης*, item Heraclid. 210, Jon. 1196 etc.

Quin etiam in uno versu eiusdem vocis utramque formam usurpaverunt:

Soph. Phil. 296. *ἀλλ' ἐν πέτροισι πέτρον ἐκτρίβων μόλις.*
Oed. Col. 442. *οἱ τοῦ πατρός, τῷ πατρὶ δυνάμενοι . . .*
883. *ἆρ' οὐχ ὕβρις τάδ'; — ὕβρις, ἀλλ' ἀνεκτέα.*
Ant. 1240. *κεῖται δὲ νεκρὸς περὶ νεκρῷ . . .*
Eur. Phoen. 881. *πολλοὶ δὲ νεκροὶ περὶ νεκροῖς πεπτωκότες.*

Semper fere Herondas tales syllabas produxit velut I 59 *κατακλαίει*, I 60 *ἀποθνήσκει*, III 50 *λελέπρηκε*, IV 8 *ἀγρίων*, IV 92 *ἕδρῃ*, VI 5 *μετρέω*, praeterea V 6, 35, 55, 58, 63, 71, 90, 99, VII 7, 9, 20, 41, 74, 118, 119, VIII 1, 3, 6, 8, X 3. Brevem syllabam invenimus VII 61 *διάβαθρα*, VIII 4 *ἄτρυτε*.

---

[1]) Cf. Kock. ad Nub. 320. Kopp, Positio debilis und correptio Attica Rh. M. 41 p. 247 sqq. et 376 sqq.

[2]) Fortasse Bothius recte *δή* adiecit: *ἐπὶ τοῖς παροῦσι τὸν βίον* (*δὴ*) *διάπλεκε*.

[3]) Cf. Kopp l. c. et von Mess, Zur Positionsdehnung vor muta cum liquida bei den attischen Dichtern, Rh. M. 58 p. 270 sqq. Rumpel, Quaestiones metricae, progr. Insterburg. 1865, 1866. Goebel, De correptione Attica, diss. Bonnae 1876.

9. De praepositione ξύν vel σύν[1]).

25. De huius praepositionis scriptura Ellendt in lexico Sophocleo hanc summam statuit certam unius scripturae observandae legem non posse inveniri. Ego quidem antiquos recte dixisse puto Atticos scriptores formam ξύν praeoptavisse[2]). Itaque etiam apud Aristophanem saltem formam ξύν ubique restituam ubi incolumi metro fieri possit. Nam praeter id, quod hac in re codicum scripturae in universum non multum tribuendum est, equidem observavi formam ξύν nonnisi in deverbiis non plus quam fere vicies positionis faciendae causa inveniri velut

Equ. 427. εὖ γε ξυνέβαλεν αὔτ᾽ ἀτὰρ δῆλόν γ᾽ ἄρ᾽ οὗ ξυνέγνω,

Lys. 39. ἢν δὲ ξυνέλθωσ᾽ αἱ γυναῖκες ἐνθάδε,

at formam σύν fere septuagies metri necessitate exigi positionis evitandae causa velut:

Equ. 655. ἐπὶ συμφοραῖς ἀγαθαῖσιν εἰςηγγελμέναις,

Vesp. 5o. οὔκουν ἐναργὲς τοῦτο συμβαλεῖν, ὅτι,

quamquam si omnia exempla numeras, forma σύν etiam in codicibus multo rarius inveniatur. Qua ex re concludendum esse puto poetam formam ξύν magis adamavisse, at formam σύν metri causa tantum adhibuisse, et eis locis etiam, quibus codices metro non postulante σύν tradiderint, ξύν esse restituendum. Haec sententia eo confirmatur, quod etiam in inscriptionibus forma ξύν usque ad annum 410 praevalet, Thucydides autem nullam formam nisi ξύν adhibuit[3]). Etiam tragici ξύν praeoptaverunt et σύν maxime eis locis posuerunt, quibus metrum postularet[4]).

II. De formarum alternatione.

26. Postquam demonstravi, quatenus comici vocabulorum sonum metro accommodaverint, ad formarum alternationem me

---

[1]) Cf. Tycho Mommsen, Beiträge zu der Lehre von den griech. Präpositionen, Berol. 1895 p. 698.

[2]) Gregorius Corinthius ed. Schaefer Lps. 1811 p. 27 sqq. Etym. Magn. p. 114 25, Suid. s. v. ξυμπάθεια.

[3]) Cf. Meisterhans l. c. p. 181. Diels, Abhandlungen der Berliner Akademie 1900 p. 11 sq.

[4]) Cf. Kuehner-Blass I 2 p 249. G. Meyer, Griech. Grammatik [3] p. 340.

vertam et initium faciam a declinationibus, in quibus eos propter versus legem nonnullas formas ab usitato sermone discrepantes adhibuisse cognoscemus.

1. De declinationibus.

a. Declinatio I et II.

De his declinationibus nihil aliud habeo quod proferam nisi dativum numeri pluralis non semper *–αις* vel *–οις* sed saepissime metro postulante *–αισι(ν)* vel *–οισι(ν)* syllabis terminari[1]), quibus formis tragici poetae eodem modo usi sunt. Metro anapaestico poetae maxime cogebantur, ut his formis epicis uterentur, si articulum vel adiectivum ante vocem iambo incipientem ponere vellent velut *τοῖσι θεαταῖς* Nub. 890, Vesp. 1016, Pac. 732, Eccl. 582; *τοῖσι θεοῖσι(ν)* Av. 156, 564, 603, Pherecr. fr. 23_1, I p. 151; *τοῖσιν ἀδελφοῖς* Ran. 1081; *ἐν ταῖσιν ἰοστεφάνοις οἰκεῖ ταῖς ἀρχαίαισιν Ἀθήναις* Equ. 1323; *ταῖς ἀρχαίαισιν Ἀθήναις* Equ. 1327, multis aliis locis.

At in iambis et trochaeis metrum formam longiorem postulabat iis locis, quibus series quattuor longarum syllabarum vitanda erat velut:

Av. 803. *ἐπὶ τοῖσι σοῖς ὠκυπτέροις,*
Av. 838. *καὶ τοῖσι τειχίζουσι,*
Lys. 245. *ταῖς ἄλλαισι ταῖσιν ἐν πόλει,*
Thesm. 350. *ταῖς δ' ἄλλαισιν ὑμῖν,*
Thesm. 835. *ταῖς ἄλλαις ἑορταῖς αἷσιν ἡμεῖς ἤγομεν,*
Cratin. fr. 300_2, I p. 100. *Περικλέης, ἔργοισι δ' οὐδὲ κινεῖ,*
Pherecrat. fr. 141, I p. 186. *μὴ πρὸς τοῖσι βωμοῖς,*
Philem. fr. 39_1, II p. 488. *τοῖς ἄλλοισιν εἰδείης* et qu. s. r.[2]).

In inscriptionibus Atticis illae formae tantum usque ad annum 420 (*–ασι, –ησι*) vel 444 (*–οισι*) inveniuntur (Meisterhans p. 94 sq.).

---

[1]) Cf. Bertholdus Speck, De Aristophanis dialecto Part. I: De epicarum et Ionicarum formarum apud comicum usu. Diss. Vratisl. 1878 p. 27.

[2]) Saepius etiam formae productae tantum ad versum explendum ponebantur, ut hoc exemplum demonstrat:

Av. 848: *ἐγὼ δ' ἵνα θύσω τοῖσι καινοῖσιν θεοῖς.*

At idem Pithetaerus dicit v. 862:

ἱερεῦ, σὸν ἔργον, θῦε τοῖς καινοῖς θεοῖς.

b. Declinatio III.

28. Ut productionem brevis syllabae ante consonantes κλ vitarent[1]), comici eam legem secuti sunt, ut nominum propriorum cum voce κλέος compositorum ultimam syllabam -κλῆς, -κλεῖ, -κλεις in -κλέης, -κλέει, -κλεες dissolverent, si solutae formae ab ultima syllaba quarta brevis esset[2]) velut: Ἱεροκλέης Pac. 1046, — εες Eupol. fr. 212, I p. 316; Μεγακλέης Nub. 70, 124, — εες Leucon. fr. 1, I p. 704; Ξενοκλέης Thesm. 169, 441, Ran. 86; Περικλέης Ach. 530, Equ. 283, Nub. 859. Pac. 606, Alexid. fr. 25_{12}, II p. 307, — εες Eupol. fr. 100_1, I p. 283; Σοφοκλέης Pac. 695, Av. 100, Ran. 787, Phryn. fr. 31_1, I p. 379; — εει Cratin fr. 15_1, I p. 16; Φιλοκλέης Thesm. 168, Cratin. fr. 292, I p. 97, — έει Av. 1295.

At formas contractas legimus in aliis nominibus propriis: Αὐτοκλῆς Theophil. fr. 2_3, II p. 474; Ἀνδροκλῆς Men. Cair. Sam. 261; Ἀνδροκλεῖ Vesp. 1187; Ἡρακλῆς Ach. 860, Vesp. 60, Lys. 928, Ran. 282, 464, 581, Phryn. fr. 23, I p. 377, -εις Ach. 94, 284, 807, 1018 etc.; Δημοκλῆς Anaxandr. fr. 34_5, II p. 148; Θεμιστοκλῆς Equ. 884, -εῖ Equ. 813, 818; Θερικλῆς Eubul. fr. 31_3, 43_1, II p. 175, 179; Ἱπποκλῆς Alexid. fr. 42, II p. 312; Ἰφικλῆς Inc. fr. 473 p. 497; Καλλικλῆς Men. fr. 348_7, III p. 101; Μοιροκλῆς Timocl. fr. 4_3, II p. 452; Τιμοκλῆς Alexid. fr. 77_2, 108_3, p. 322, 334.

Sed duo loci inveniuntur, quibus metrum anapaesticum vel dactylicum poetas coegit ab illa regula recedere[3]):

Av. 567. ἢν δ' Ἡρακλέει θύῃ τι, λάρῳ ναστοὺς θύειν μελιτούττας.

Cratin. fr. 458, I p. 129 (Inc. fr. 51, III p. 409).

ἐν δὲ διχοστασίῃσι καὶ Ἀνδροκλέης πολεμαρχεῖ.

Tragici, cum saepius breves syllabas ante mutam cum liquida producerent[4]), hac in re nullam certam legem secuti

---

[1]) Vide supra p. 12 sq.

[2]) Cf. Kockii ad Equ. 283 adnotationem. Speck l. c. p. 34.

[3]) Certe falsa est Wecklinii sententia (Cur. epigr. p. 24) sermonem vulgarem praecipue formas solutas frequentavisse et ea de causa comicos sermonem vulgarem secutos formas contractas non nisi metri causa adhibuisse. Nam comici praeter fines iambicos etiam formas solutas Ἀνδροκλέει, Ἡρακλέης, Θεμιστοκλέης etc. ponere poterant, quippe qui anapaestos pro iambis admitterent.

[4]) Vide supra p. 13.

sunt, sed tantum metri commoditatem respexerunt. Nam legimus apud Sophoclem semper Ἡρακλῆς, Ἡρακλεῖ sed praeter Ἡρακλέα Trach. 233 etiam Ἡρακλῆ Trach. 476 in fine trimetri. Euripides autem praeter Ἡρακλῆς etiam ter in fine trimetri Ἡρ̄ακλέης posuit: Ion. 1196, Heraclid. 210, Her. 914.

28. Genetivum singularis numeri substantivorum -ις syllaba desinentium terminationem -εως habere satis constat. Tragici nonnunquam metro postulante terminationem -εος adhibuerunt (πόλεος: Aesch. Sept. 196, Ag. 1167, Soph. Ant. 162, Eurip. Or. 895, Iph. Aul. 376, Suppl. 632 (lyr.), Her. 876 (lyr.); ὄφεος: Eur. Bacch. 1025), quod etiam comici nonnullis locis fecerunt, ubi illa forma contra codicum auctoritatem restituenda est metro poscente. Tres loci lyrici sunt, Vesp. 1282, 1458, Thesm. 465, quibus φύσεος vel ὕβρεος legendum est. Sed etiam in deverbiis restituenda est illa forma:

Plut. 1044. τάλαιν' ἐγὼ τῆς ὕβρεος ἧς ὑβρίζομαι [1]).

Theopomp. fr. 32 3, I p. 741.

ἆρ' εἶ κάτοπτρον φύσεος ἦν πλῆρες δοθῆς.

Eubul. fr. 67 9, II p. 187.

πασῶν, διώκειν, ὕβρεος οὐ πόθου χάριν.

Eubul. fr. 94 7, II p. 196.

ἡμέτερός ἐστ', ἀλλ' ὕβρεος· ὁ δὲ πέμπτος βοῆς.

Eubul. fr. 120 8, II p. 207.

τῆς πόλεος ἀπεχώρησαν, ἧς εἷλον τότε.

29. Alias formas ut Νηρέος, τοκῆας, ἀνέρος, ἀνέρες, quas Aristophanes in canticis vel in parodiis aliorum poetarum adhibuit, praetereo, cum non tam metri quam sermonis epici imitandi causa eas usurpaverit [2]).

Sed afferenda est forma longior θυγατέρος, quam semel metri causa poeta adhibuit:

Vesp. 1397. τῆς Ἀγκυλίωνος θυγατέρος καὶ Σωστράτης.

(At forma usitata θυγατρός legitur Vesp. 573). Item metri

---

[1]) Nullam causam habeo, cur in hoc versu corruptelam inesse putem, quod fecerunt Hermann (ad Nub. 1076), Fritzsche (ad Thesm. 465), Speck l. c. p. 35.

[2]) Speck eas collegit l. c. p. 35 s.

causa formis δορός (Ach. 1193 loco lyrico) et δορί poeta usus est:

Lys. 1151. κατωνάκας φοροῦντας ἐλθόντες δορί.

Lys. 1188. ληστὰς ἐλαύνων καὶ κατασπέρχων δορί.

30. Pro usitata accusativi forma ὄρνῑν (Ach. 88, Vesp. 815, Av. 73 etc.) bis Aristophanes in anapaestis ante vocem iambo incipientem longiorem formam ὄρνῑθᾰ adhibuit, quod ei altera brevi syllaba opus erat[1]):

Av. 472. ὃς ἔφασκε λέγων κορυδὸν πάντων πρώτην ὄρνιθα γενέσθαι.

Av. 720. φήμη γ' ὑμῖν ὄρνις ἐστί, πταρμόν τ' ὄρνιθα καλεῖτε.

Idem Cratinum fecisse ex Athenaeo 373 cd concludendum est: ἐπὶ δὲ τοῦ ἀρσενικοῦ οὐ μόνον ὄρνιν, ἀλλὰ καὶ ὄρνιθα ὁ αὐτὸς Κρατῖνος ἐν τῷ αὐτῷ δράματί φησιν.

Eandem rem apud Menandrum in plurali invenimus, qui et ὄρνεις et ὄρνιθας adhibuit:

fr. 119/120, III p. 35.

ὄρνεις φέρων ἐλήλυθα.

ὄρνιθας ἀποστέλλει (anap.?)

fr. 167/168, III p. 49.

. . . οὐ σοβήσετ' ἔξω, φησί, τὰς
ὄρνιθας ἀφ' ἡμῶν;
αὕτη ποτ' ἐξεσόβησε τὰς ὄρνεις μόλις.

Similiter Pherecrates in fine trimetri iambici accusativum γυνήν pro γυναῖκα posuit fr. 91, I p. 170.

ὡς ἄτοπόν ἐστι μητέρ' εἶναι καὶ γυνήν.

31. De declinatione comparativorum βελτίων, ἥττων, κρείττων etc. observavi poetas longiores formas maxime in fine trimetrorum adhibuisse videlicet, quod aptissimam versus clausulam facerent velut βελτίονα Plut. 105, Men. fr. 481 $_{11}$, III p. 138, βελτίονες Ach. 1078, Eccl. 214, Inc. fr. 509, III p. 502; ἥττονα Nub. 113, 114, 883, 1337; πλείονα Equ. 711, Nub. 822, 1290, Vesp. 806, 1440, Plut. 187, Alexid. fr. 261 $_{4}$, II p. 392, Men. fr. 89 $_{2}$, III p. 27 et qu. s. r.

---

1) v. supra p. 15.

At aliis versus locis poetae utraque forma sine discrimine utuntur.

2. De adverbiis.

32. Etiam in adverbiis observamus saepe diversas formas adhibitas esse, prout metrum postulabat.

Quattuor formae adverbii *πρῶτον*, *πρῶτα*, *πρώτιστον*, *πρώτιστα* apud Aristophanem inveniuntur, quarum primam *πρῶτον* usitatissimam fuisse vel inde cognoscimus, quod longe saepissime in eius comoediis exstat idque etiam ibi, ubi metrum alteram quoque formam admitteret velut Ach. 383, Equ. 488, Nub. 247, Pac. 560, Av. 1330, Thesm. 380 multis aliis locis. At metri causa permultis locis *πρῶτα* posuit velut Ach. 648, 995, Equ. 129, 155, 339, 542, 774, 779 etc. Quae res magna ex parte inde explicari potest, quod saepissime adverbium nostrum cum particula *μέν* sequenti coniunctum est. Cum igitur *πρῶτα μέν* (– ⏑ ⏓) melius iambico et trochaico metro accommodaretur quam *πρῶτον μέν* (– – ⏓), priorem formam etiam saepius adhibuit, ut ex sequenti enumeratione intelleges:

πρῶτον solum quinquagies,
πρῶτον μέν vicies semel,
at *πρῶτα* solum positionis evitandae causa vicies,
πρῶτα μέν vicies octies invenitur.

Duo tantum loci his obstant, ubi propter legem, quam dicimus Porsonianam, quamquam in universum comici eam non respexerunt, Aristophanes formam *πρῶτα* videtur praetulisse:

Equ. 275. *ἀλλ' ἐγώ σε τῇ βοῇ ταύτῃ γε πρῶτα τρέψομαι.*
Vesp. 862. *ὅπως ἂν εὐξώμεσθα πρῶτα τοῖς θεοῖς.*

Sed fortasse in his versibus *πρῶτον* restituendum est, praesertim cum Equ. 275 cod. V et ceteri praeter cod. R lectionem *πρῶτον* praebeant et Pac. 560 similiter ac Vesp. 862 in fine versus eodem loco *πρῶτον* legatur:

προσευξώμεσθα πρῶτον τῇ θεῷ.

Formas *πρώτιστον* et *πρώτιστα* poeta omnino tantum metro postulante pro forma *πρῶτον* posuit:

πρώτιστον:
Ran. 1121. *πρώτιστον αὐτοῦ βασανιῶ τοῦ δεξιοῦ.*

Eccl. 749. πρώτιστον αὐτὰ πολλάκις καὶ σκέψομαι.

Praeterea Nub. 553, Av. 695, Lys. 555, 589, Ran. 941;

πρώτιστα:

Lys. 1169. πρώτιστα τὸν Ἐχινοῦντα καὶ τὸν Μηλιᾶ.

Plut. 792. πρώτιστα καὶ βλέψαντος οὐδὲν ἐκφέρειν.

Praeterea Vesp. 595, Av. 972, Thesm. 659, Ran. 519, 911, 946, Eccl. 597, 1059.

33. Nullo significationis discrimine facto item adverbia εὐθύς et εὐθέως usurpantur metri tantum ratione habita, εὐθύς:

Ach. 638. εὐθὺς διὰ τοὺς στεφάνους ἐπ' ἄκρων τῶν πυγιδίων ἐκάθησθε.

Ach. 924. σελαγοῖντ' ἂν εὐθύς, — ὦ κάκιστ' ἀπολούμενε.

Equ. 353, Nub. 785, 855, 878, 987 et qu. s. r.

Forma εὐθέως, quae tantum vicies in omnibus comoediis exstat, octies in fine, quinquies post monosyllabum initio trimetri legitur (ὁ δ' εὐθέως Nub. 1357, ἡ δ' εὐθέως Plut. 691, οἱ δ' εὐ. Equ. 646, ἵν' εὐ. Plut. 1170, ὥστ' εὐ. Pac. 889). In reliquis versibus variis locis exstat, nisi quod Vesp. 494 et 1081 initio tetrametri trochaici invenitur.

34. Eodem modo poeta adverbia ταχύ et ταχέως adhibuit, prout metrum postulabat:

ταχύ: Ach. 1029, 1085, Equ. 109, 120, 123, 648, 1074, 1389 et qu. s. r. Et huius quidem formae sedecim exempla (i. e. dimidia fere pars) in fine trimetri exstant.

ταχέως:

Ach. 1074. ταχέως λαβόντα τοὺς λόχους καὶ τοὺς λόφους.

Lys. 830. ταχέως. — τί δ' ἔστιν; εἰπέ μοι, τίς ἡ βοή;

Ach. 777, 1006, Equ. 95, 495, 1227 et qu. s. r.

Bis poeta pro superlativo ὡς τάχιστα in fine versus ὡς τάχος vel ὅσον τάχος videlicet metri causa posuit:

Lys. 1187. ἄπεισ' ἕκαστος. ἀλλ' ἴωμεν ὡς τάχος.

Thesm. 727. καὶ καταίθειν τὸν πανοῦργον, πυρπολεῖν θ' ὅσον τάχος.

3. De coniugatione.

35. Saepius comici terminationes *-μεσθα* pro vulgari *-μεθα*, *-ατο* pro vulgari *-ντο* propter metri commoditatem eodem modo ac tragici adhibuerunt. Longius de hac re disserere supervacaneum est, cum Speck l. c. p. 40 sqq. copiose hanc rem tractaverit et omnia exempla, quae apud Aristophanem inveniuntur, enumeraverit. E ceterorum comicorum fragmentis haec exempla addo:

Cratet. fr. 17_{3} I, p. 135 *ἐδόμεσθα*, Eupolid. fr. 117_{6}, I p. 289 *ηὐχόμεσθα*, fr. 117_{8} *στρατευόμεσθ'*, fr. 119_{2}, p. 289 *δεχόμεσθα*, fr. 159_{11}, p. 301 *ἐρχόμεσθ'*, Platon. fr. 109, I p. 630 *ἡγούμεσθ'*, Antiphan. fr. 109_{1}, II p. 54 *διαιτώμεσθα*, Philem. fr. 69_{2}, II p. 496 *βουλόμεσθα*, fr. 73_{3}, p. 497 *ἠλλαττόμεσθ'*, fr. 120_{4}, p. 516 *φειδόμεσθ'*, fr. 158_{2}, p. 525 *εὐφραινόμεσθ'*. Item Herond. IV 17 *ἐπεποιούμεσθα*, VIII 12 *διζόμεσθα*.

36. Terminationem *-θεν* (pro *-θησαν*), quae tribus locis exstat (Pac. 1283, 1284, Vesp. 662), praetereo, quod non tam metri causa quam ut epicum sermonem imitaretur [1]) poeta eas adhibuit. Idem dicendum est de formis solutis *μεδέων*, *μεδέουσα* etc., quas Speck collegit p. 42 sq.

Sed melius in usu formarum optativi aoristi *-ειας*, *-ειε(ν)*, *-ειαν* vel *-αις*, *-αι*, *-αιεν* syllabis terminatarum metri vim observare possumus. Usitatae apud Atticos formae erant eae, quae in syllabas *-ειας*, *-ειε(ν)*, *-ειαν* desinebant [2]) ut etiam apud comicos Ach. 918, 921, 1151, 1166, Equ. 3, 16, 498, 855, 898 etc.; Cratin. fr. 187_{2}, I p. 70, Hermipp. 63_{10}, I p. 243, Eupolid. fr. 332, I p. 346, Plat. fr. 173_{21}, I p. 647 multis aliis locis.

His multis exemplis apud Aristophanem nonnullae formae non solito modo desinentes obstant, quas metri causa poeta adhibuit:

-αις: Nub. 776 *ἀποστρέψαις*, Vesp. 726 *δικάσαις*, 819 *ἐκκομίσαις*, Pac. 405 *πείσαις*, Lys. 506 *κρώξαις*, Plut. 1036 *διελκύσαις*, 1134 *ὠφελήσαις*;

-αι: Plut. 505 *παύσαι*, fr. 320_{15} *λῆξαι*.

---

[1]) Speck l. c. p. 41.

[2]) Cf. Kuehner-Blass I_{1} p. 73 s.

Hoc propter metri necessitatem factum esse vel inde apparet, quod nusquam terminationem -αιεν invenimus. Quae cum eandem quantitatem ac terminatio -ειαν haberet, metro non cogebatur poeta modo hac modo illa forma uti. Quam ob rem tantum formas in -ειαν syllabas desinentes invenimus: Equ. 3, 898, Nub. 974, Av. 373 etc.

37. Etiam in augmento nonnunquam metri vim observamus. Amplificatum augmentum verbi μέλλειν, quo perraro poetae usi sunt (Hes. theog. 478, 888, 898. Theogn. 906)[1], Aristophanes bis adhibuit metri commoditate adductus in anapaestis:

Ran. 1038. τὸν λόφον ἤμελλ' ἐπιδήσειν,

Eccl. 597. τοῦτο γὰρ ἤμελλον ἐγὼ λέξειν.

In iambis et trochaeis semper simplex augmentum invenitur: Ach. 347, Equ. 267, Nub. 1301, Vesp. 460, 1095, Thesm. 1177, Ran. 268, 518, 791, Plut. 103.

E contrario verbo ἀνέχομαι, quod augmentum amplificatum habere solet[2] (Thesm. 593. ἠλίθιος ὅστις τιλλόμενος ἠνείχετο), semel simplex augmentum adiecit, quod ἠνειχόμεσθα metro anapaestico resultabat:

Lys. 507. ἡμεῖς τὸν μὲν πρότερον πόλεμον καὶ τὸν χρόνον ἠνεχόμεσθα.

Similiter Menander duas formas ἠγρηγόρειν et ἐγρηγόρειν adhibuit, ut Photius 59$_6$ tradit (fr. 1013, III p. 253).

Metri denique necessitati tribuam, quod Aristophanes pro κἀπωμορξάμην (a verbo ἀπ - ομόργνυμι) formam κἀπεμορξάμην falso tamquam a verbo ἀπο - μόργνυμι derivatam finxit, quae melius metro trochaico accommodabatur[3]):

Ach. 706. ὥστ' ἐγὼ μὲν ἠλέησα κἀπεμορξάμην ἰδών.

III. De rebus syntacticis.

38. Iam progrediamur ad res syntacticas, et primum quidem agamus de numeris.

---

[1]) Cf. Kock. ad Ran. 1038, Kuehner-Blass I$_2$ p. 9 et 484.

[2]) Cf. Kuehner-Blass II$_2$ p. 35 et 435.

[3]) Porson, praef. ad. Hec. p. 28 cum hac re confert breviorem formam δύρομαι, quam tragici nonnunquam adhibuerunt.

1. De numeris.

Nonnunquam comici metri commoditate adducti singularem numerum pro plurali posuerunt.

Cum plurales formae *τῶν ὀφθαλμῶν*, *τοὺς ὀφθαλμοὺς* iambis et trochaeis omnino accommodatae non essent[1]), aut dualem ponere debebant, quem legimus Ach. 1027, 1029, Nub. 411, 946, Vesp. 432, Av. 342, Lys. 298, Pherecr. fr. 60, I p. 161 aut singularem numerum, si metro melius accommodabatur quam dualis velut:

Ach. 97. *ἄσκωμ' ἔχεις που περὶ τὸν ὀφθαλμὸν κάτω.*
Nub. 24. *εἶθ' ἐξεκόπην πρότερον τὸν ὀφθαλμὸν λίθῳ*[2]).
Av. 1294. *Ὀπουντίῳ δ' ὀφθαλμὸν οὐκ ἔχων κόραξ (ἦν τοὔνομα).*
Av. 1613. *προσπτόμενος ἐκκόψει τὸν ὀφθαλμὸν θενών*[2]).
Eccl. 11. *ὀφθαλμὸν οὐδεὶς τὸν σὸν ἐξείργει δόμων.*
Inc. fr. 388_2, III p. 481
πάσχειν, ὅταν λάγνην τὸν ὀφθαλμὸν φορῇς.

In dativo difficultatem metricam Aristophanes ita superavit, ut articuli sive appositi forma producta uteretur:

Av. 360. *εἶτα κατάπηξον πρὸ σαυτοῦ — τοῖσι δ' ὀφθαλμοῖσι τί;*
Ran. 1247. *ὥσπερ τὰ σῦκ' ἐπὶ τοῖσιν ὀφθαλμοῖς ἔφυ.*
Plut. 769. *ὥσπερ νεωνήτοισιν ὀφθαλμοῖς ἐγώ.*

In anapaestis usitata forma usus est, cum nulla difficultas existeret:

Nub. 980. *αὐτὸς ἑαυτὸν προαγωγεύων τοῖς ὀφθαλμοῖς ἐβάδιζεν.*

Similiter Cratinus fr. 459, I p. 130, ut creticum vitaret, singularem numerum *λαμπάδος* pro *λαμπάδων* adhibuit in versu hexametro:

τίς δέ σ' ἐτύφλωσεν; τίς ἀφείλετο λαμπάδος αὐγάς.

39. Item semel singularem *κάλπιν* legimus:

Lys. 370. *αἰρώμεθ' ἡμεῖς θοὔδατος τὴν κάλπιν ὦ Ῥοδίππη.*

Aliis omnibus locis huius vocis numero plurali poeta utitur: Lys. 358, 400, 539, Ran. 1339. Etiam hoc loco pluralem nume-

---

1) Eubulus fr. 98_4, II p. 198 recte pluralem numerum posuit articulo a substantivo seiuncto: *ἀπὸ τῶν μὲν ὀφθαλμῶν ὑδρορρόαι δύο ῥέουσι . . .*

2) In eadem locutione dualis invenitur Av. 342
κάρτα· πῶς κλαυσεῖ γάρ, ἢν ἅπαξ γε τὠφθαλμὼ 'κκοπῇς;

rum posuisset, quia anapaesto pro iambo posito metro minime repugnabat, nisi totum locum inde a versu 352 usque ad versum 381 consulto artificiosius puris tetrametris composuisset[1]).

Porro ut creticum vel seriem quattuor longarum syllabarum evitarent, Aristophanes et Anaxilas his locis singularem numerum adhibuerunt:

Eccl. 638. οὐκοῦν ἄγξουσ' εὖ καὶ χρηστῶς ἑξῆς τὸν πάντα γέροντα.

Anaxil. fr. 22_{22}, II p. 270.

Σφίγγα Θηβαίαν δὲ πάσας ἔστι τὰς πόρνας καλεῖν.

40. Etiam participii singularem numerum Aristophanes propter metri commoditatem pro plurali posuit:

Nub. 988/9. ὥστε μ' ἀπάγχεσθ', ὅταν ὀρχεῖσθαι Παναθηναίοις δέον αὐτοὺς
τὴν ἀσπίδα τῆς κωλῆς προέχων ἀμελῇ τῆς Τριτογενείης.

Ran. 1075. καὶ μινθῶσαι τὸν ξύσσιτον κἀκβάς τινα λωποδυτῆσαι (ἠπίσταντο 1073.)

41. E contrario comici nonnunquam etiam metro cogente pluralem numerum pro usitato singulari posuerunt. Pluralem ἔριδες pro ἔρις certe, ut anapaestum haberet, poeta usurpavit Thesm. 788:

ἔριδες, νείκη, στάσις, ἀργαλέα λύπη πόλεμος· φέρε δή νυν.

Item hiatus evitandi causa pro πάσῃ τέχνῃ, quod exstat Nub. 885, 1323, Lys. 412, Thesm. 65, Ran. 1235, Eccl. 366, 534, semel legimus πάσαις τέχναις:

Thesm. 271. πάσαις τέχναις, ἤν μοί τι περιπίπτῃ κακόν.

Similiter pro cretico, τῷ χρόνῳ (Nub. 66, 865, 1242 etc.) in tetrametro anapaestico pluralem legimus Eccl. 636/7:

. . . πατέρας γὰρ ἁπάντας
τοὺς πρεσβυτέρους αὐτῶν εἶναι τοῖσι χρόνοισιν νομιοῦσιν.

Menander autem ut seriem quattuor longarum syllabarum evitaret, pluralem numerum adhibuit fr. 161_1, III p. 47.

τὰ γὰρ τολμηρὰ τῶν ὄχλων ἔχει
ἐν τοῖς λογισμοῖς τὰς ἐπιδείξεις δυσκόλους.

42. Saepius pluralem numerum metri causa adhibitum in-

[1]) v. supra p. 2 adn. 1.

venimus, ubi adiectivum aut cum copula *ἐστίν* coniungitur aut sine ea praedicati vice fungitur[1]):

Lys. 34. *βέλτιστα τοίνυν μηκέτ' εἶναι νὴ Δία.*
Ran. 277. *ἄγε δή, τί δρῶμεν; — προϊέναι βέλτιστα νῷν.*
Eccl. 1122. *ὥστ' ἐστὶ πολὺ βέλτιστα, πολὺ δῆτ', ὦ θεοί.*
(Singularis *βέλτιστον* exstat Equ. 83, Ran. 322, Plut. 67.)
Equ. 30. *κράτιστα τοίνυν τῶν παρόντων ἐστὶ νῷν.*
(*κράτιστον:* Equ. 80, Vesp. 367, Plut. 412, fr. 567.)
Lys. 142. *ξυμψήφισαί μοι. — χαλεπὰ μὲν ναὶ τὼ σιώ.*
(*χαλεπόν:* Vesp. 950, 985, Pac. 819, Lys. 504, Eccl. 180.)
Ach. 770. *οὐ δεινά; θᾶσθε τοῖδε τὰς ἀπιστίας.*
Ach. 1079. *οὐ δεινὰ μὴ 'ξεῖναί με μηδ' ἑορτάσαι;*
Equ. 609. *δεινά γ' ὦ Πόσειδον, εἰ μηδ' ἐν βυθῷ δυνήσομαι (διαφυγεῖν).*
Vesp. 1368. *οὐ δεινὰ τωθάζειν σε;*
Lys. 608. *εἶτ' οὐχὶ ταῦτα δεινὰ πάσχειν ἔστ' ἐμέ;*
Eccl. 400. *οὐ δεινὰ τολμᾶν τουτονὶ δημηγορεῖν;*
(*δεινόν:* Ach. 352, Equ. 810, 820, 875, 878, Vesp. 26, Av. 27, 1012, Lys. 587, Plut. 329.)
Inc. fr. 577, III p. 512.
ἀνόητά γ', εἰ τοῦτ' ἦλθες ἐπιτάξειν ἐμοί.
(*ἀνόητον:* Ran. 530.)

Apud tragicos similia exempla inveniuntur velut:

Aesch. Prom. 216. *κράτιστα δή μοι τῶν παρεστώτων τότε ἐφαίνετ' εἶναι.* (cf. supra Equ. 30.)
Soph. Ai. 1126. *δίκαια γὰρ τόνδ' εὐτυχεῖν κτείναντά με.*
Trach. 409. *δέσποιναν εἶναι τήνδε σήν. — δίκαια γάρ.*
495. . . . *κενὸν γὰρ οὐ δίκαιά σε χωρεῖν.*
Phil. 524. *ἀλλ' αἰσχρὰ μέντοι σοῦ γέ μ' ἐνδεέστερον ξένῳ φανῆναι.*
Eurip. Or. 413. *οὐ δεινὰ πάσχειν δεινὰ τοὺς εἰργασμένους.*

Si comparandi causa Thucydidem inspexeris, semper singularem numerum adhibitum invenies:

αἰσχρόν: I 38_{23}, 122_{28}, II 40_{10}, III $63_{3,\,12}$ etc.

---

[1]) v. supra p. 19 sq. *πρῶτον* et *πρῶτα.*

δεινόν: I 35_{12}, 121_8, 122_{26}, 143_{15} etc.
κράτιστον: I 143_{16}, IV 46_{21}.

2. De generis usu liberiore.

